


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Ga
9
687.9



Ga 9.687.9



Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

[redacted]

Wissenschaftliche Beilage
zum
Jahresbericht des Königlichen Friedrichs-Gymnasiums zu Frankfurt a. Ode
Ostern 1906.

ADNOTATIONES

AD

AESCHYLI SUPPLICES

EDIDIT

ADOLF DU MESNIL.

FRANKFURT A. ODER
KÖNIGLICHE HOFBUCHDRUCKEREI TROWITZSCH & SOHN
1906.

1906. Progr. No. 82.

Ga9.687.9

Constantius fund

Abhinc aliquot annos commentationem de Aeschyli Supplicibus institueran in qua fabula cum ob insignem verborum brevitatem et audaciam difficillima tum co ruptissime tradita locos et obscuriores et desperatos quantum possem vel illustrare v emendare consilium inieram. Sed variae inciderunt temporum causae, quibus ab ha opera avocarer. Tandem cum ad haec studia animum reflecterem, multa, quae com mentatus eram, praecepta, nonnulla melioribus ad vanum redacta vidi a Weckleini principe illo in studiis Aeschyleis viro, editione hujus fabulae interim proposita,*) no solum dignissima studiis ejus in ceteras fabulas collatis, sed quae cumulum eis afferi videretur. Verum tamen relinquuntur etiam post illam loci obscuriores ambiguiv haud pauci, minime adhuc expediti, quibus explicandis aut emendandis operam da non temeritatis arguendum sit. Hac ratione motus complura ex eis, quae prioribu ex studiis meis orta erant, proferre animum induxi. Ceterum monitum volo, no omnia, quae proferam, ea opinione me captum edere, plane explorata et ab om dubitatione remota esse, sed ipsius Weckleinii exemplo, qui ad tolerabilem intellectu efficiendum haud pauca in hac aliisque in fabulis, si alia medicina deficiebat, liberi conjecit, sic id saepe me egisse satisque habuisse, ut meliore, quam quae nunc invent esset, sententia proponenda viam patefacerem ad veram aut vero proximam lectione paulatim assequendam. Sunt etiam, quibus aut difficultatem parum adhuc animad versam denotare aut verba quaedam subtilius, quam adhuc factum, explicare, non nov afferre volui. Ceterum quidquid profecero, eam veniam a legentium aequitate m impetraturum spero, quam rei difficili deberi Protagoras apud Platonem auctor est, cu dicit (p. 328. A): Κἂν εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅστις εἰς ἀρετὴν, substituo μάθησιν, προβιβάσε ἀγαπητόν.**)

v. 1. Ζεὺς ἀφίκτωρ quid sit facilius intellectu quam explicatu est. Nam sign ficat: supplicum praeses. Simile est Ζεὺς ἱκτήρ v. 478 et ap. Soph. Antig. v. 65 Ζεὺς ξύναιμος custos consanguineorum. V. interpretes. Sed quomodo hic usus natu est? Nam simplex ratio genetivum postulat. Dettweiler de liberiore usu adjectivoru compositorum ap. Aeschylum (progr. gymn. Giessensis 1881—82) multis exempli probavit adjectivum attribute positum idem saepe valere quod genetivum ejusde substantivi, ut κλόνοι ἱππιοχάρμαι idem sit quod κλόνοι ἱππιοχαρμῶν (p. 6 sq.), cursi tationes ex equo pugnantium, αἵματα εὐθνήσιμα: cruores facile morientium; ὁμαιμο φόνος consanguinei caedes, nec eum usum solis compositis contineri, sed etiam ad sim plicia extendi, velut ἀσπίστορας κλόνους τε καὶ λογχίμους sonare turbam confertam clipe et hasta armatorum, eumque usum potius ex natura adjectivi cum genetivo substantiv cognati repetit quam ex genere rei (substantivo expressae) personae numero habenda quam personificationem vocant, ut quibusdam (cf. p. 3, p. 7) placuit. Hanc rationem s ad ἀφίκτωρ conferimus, valet illud genetivum abstracti nominis ἄφιξις, sicut ἱκτή nominis ἱκετεία, ut Ζεὺς ἀφίκτωρ sit ἀφίξεως Ζεὺς, ἱκτήρ sit ἱκετείας, sc. Juppiter sup

*) Aeschylos Die Schutzflehenden, Leipzig, B. G. Teubner 1902.

**) In numerandis versibus Dindorfii editionem secutus sum propter lexicon Aeschyleum a eodem auctore editum.

plicationis, quod idem cum Jove supplicum praeside. Consentaneum est hunc usum rarissime in personae nominibus inveniri, saepissime in rebus. Nam ad personae nomen adjunctum ambiguitatem epitheton efficit, quia idem ipsius personae propriam quandam vim (qualitatem) declarat. Solet enim ἀφίκτωρ itemque ἱκτήρ simpliciter supplex esse. Ac nisi res obstaret, Juppiter supplex intellegi posset. Et re vera non plus unum in exemplis a Dettweilero allatis inveni, in quo liberiore usu adjectivum personae appositum sit: ἀνὴρ δυσδάμαρ (Ag. 1319), maritus improbae conjugis, quod idem simpliciter maritum improbum sonare possit et soleat. Ceterum dubitavi an in his Bernhardyi, qui primus de hoc usu egit (Wissenschaftliche Syntax, 13. Kapitel p. 425 flg.) sententiae accederem, duo nomina hac via in unum conflata esse censentis et compositorum nominum ea vice functa esse. Velut ξιφοδήλητον θάνατον — „Schwertestod", αἰχμαλώτου δουλοσύνης „Kriegsgefangenschaft" vertit, quod etiam ad notum illud κρητῆρα ἐλεύθερον (Il. VI extr.), ἦμαρ ἐλεύθερον (ib. 455), alterum „Freiheitsbecher", alterum „Freiheitstag" accommodari potest. Nec obstat, quominus Ζεὺς ἀφίκτωρ (ἱκτήρ) Gnaden (Schutz-) -Zeus intellegamus.

v. 9. αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ (secundum Bamberg.) v. Dettw. p. 7.

v. 10. γάμον — ἀσεβῆ v. ad v. 225.

v. 18. γένος ἡμέτερον βοὸς ἐξ ἐπαφῆς κἀξ ἐπιπνοίας Διὸς τετέλεσται.

In his verbis difficultas quaedam inest, quia parum liquet, quo contactus, quo afflatus spectet, quae ratio inter utramque rem intercedat. Alii simpliciter contactu Jovis demulsam Jo matrem factam*) sive semine hoc modo concepto sive partu edito intellegunt, alii**) contrectatione illa ad sanitatem humanamque formam reductam volunt. Dijudicari de illa re non posse videtur, quin ceteri loci, qui ap. Aeschylum in hanc partem inveniuntur, comparentur. Sed illi inter se discrepant et utroqueversum tendunt. Sunt autem hi: 312 Ζεύς γ'ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον. 314 Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος. 535 γενοῦ πολυμνῆστορ ἔφαπτορ Ἰοῦς. 592 πατὴρ φυτουργὸς αὐτόχειρ ἄναξ. 1067 πημονᾶς ἔλυσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ. Accedunt ex Prometheo 849 ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον, quorum alterum versum parum justis causis Elmsleius et post eum Dindorf spurium putarunt, atque ex hac Supplicum fabula v. 45: ἐξ ἐπιπνοίας Ζηνὸς ἔφαψιν, quae verba in extremum locum rejeci, quia de sanitate eorum et, ut ego quidem arbitror, recte dubitatur. Duo loci aperte ad procreationem pertinent: v. 312 et 592, duo aut tres ad sanitatis formaeque restitutionem: 1067 et ex Prometheo v. 849, quod idem in Suppl. v. 314 inesse videtur. Nam sonat: Epaphus ex restitutione nomen trahens. Ex versu 535 nihil dilucide repeti potest. Ut ad unitatem consensumque haec redigerem, cogitaveram olim voluisse poëtam: adjecta manu fetu liberatam et prolem edidisse et salutem recepisse; sed obstat Promethei locus, quo solum mentem recepisse dicitur, et quod v. 580 post salutem demum receptam semen statuitur concepisse: λαβοῦσα δ'ἕρμα Δῖον. Nunc equidem lusisse poëtam existimo et arbitrio modo hoc modo illud effectum voluisse. Ad hunc, qui in manibus est, locum procreationis vis accommodatissima videtur. — Sed quid afflatus sibi vult? Weckl. de amoris aspiratione cogitat respiciens Ag. 1206 πνέων χάριν (ego addo Horatianum: spirabat amores C. IV. 13. 19 et aura tua ne retardet II 8. 24), quod tamen altero exemplo parum confirmatur. Nam v. 577 luculenter aerumnis levari ἐπιπνοίαις καὶ σθένει ἀπημάντῳ dicitur. Jam apparet quae ratio inter utrumque intercedat. Vult enim aspiratione mentis furore sublato sanari eam, tum placatam et ad hominis figuram revocatam attrectatione gravidam fieri.

Hoc etiam ad praetermissum locum (v. 45) ἐξ ἐπιπνοίας Ζηνὸς ἔφαψιν adhiberem, si sanum judicarem. Sed quanquam notissimum apud Graecos, praesertim poëtas,

*) Petri, Commentationis de Aeschyli Supplicum stasimo primo particula I (Herford 1860) p. 3, Hermann v. 44.

**) ut Kruse, Einl. p. 2, p. 5,

abstractum pro concreto saepe poni (cf. Ag. 1460 ἔρις — οἰζύς de Helena; Ch. 23 μέλημα δώματος — δακρυτὸς ἐλπίς de Oreste; Sept. 127 ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος d Pallade etc.) tamen ἔφαψιν, ut cum alii, tum Weckl. vult, pro eo, qui contrectatior natus sit, poni minime mihi persuadeo. Nam cum res pro persona ponitur, pat personam quasi complexionem et summam rei (Inbegriff), quasi auctorem et, ut it dicam, antistitem ejus statui, quo factum, ut potissimum in laudando et criminand (cf. Soph. Ant. 756 γυναικὸς δούλευμα, 320 λάλημα δῆλον, 760 ἄγετε τὸ μῖσος, El. 28 δύσθεον μίσημα, 301 ἡ πᾶσα βλάβη — cf. Demosth. Phil. III. 31 ὄλεθρος de Philippo - σοφιστῶν μηχαναί Plat. Leg. 908. D) adhiberetur. Quam meam sententiam ne ea quidei exempla labefactant, in quibus sponsa vel conjux per λέχος, εὐνή, γάμος, similia desi natur (Aj. 211 λέχος δουριάλωτον de Tecmessa, Ant. 1224 εὐνή (?) de Antigone, Trac 1139 ὡς εἶδε τοὺς ἔνδον γάμους de Jole; Ant. 568 κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου d Antigone — nos item: Verhältnis), si quidem saltem condicionem perpetuam declaran ἔφαψις autem unum aliquod factum significat. Accedit quod ἔφαψις activam habet vin hic passiva opus est. Quamobrem cum emendatio necessaria mihi videatur, quod eg tentavi, proponere non vereor. Est quidem hoc: ἧς ἐπιπνοία Ζηνὸς ἐφάπτετ': qua (ad salutem quidem afferendam) Jovis afflatus tetigit. In quantitate α syllabae longa ἐπιπνοίᾱ, non est haerendum, cf. K. W. Krüger. II. Di. S. § 15. 2. A. 5 et Ullman de proprietatibus sermonis Aeschylei pars prima (Beilage z. Programm in Baden 188 p. 11. Omissi augmenti temporalis exempla et alia inveniuntur in canticis, ut Sopl Trach. 500 (ἀπάτασεν), cf. interpretes et Krüger II. 28. 3. A. 4, et singularis quaeda ratio hic est in nominis similitudine sita, ut Ἔπαφος facilius ab ἐφάπτεσθαι dedu possit. Poterat etiam cum producta syllaba dorice pro ἐφήπτετο: ἐφάπτετο scribi (c de dial. dor. ad Theocritum Fritzsche § 29, qui haec exempla: ἆγες pro ἦγες, ἆψα ἆπτε ab ἅπτω affert, et Ullmann. ibid.), nisi hoc modo a nominis similitudine longi discederemus. Denique si Weckleinii vim adspirationis statuamus, propius ad tradita lectionem hoc modo scribendo accedamus: ἥν ἐπιπνοία Ζηνὸς ἔφαψεν sive ἐφᾶψεν, qua Jovis aspiratio (amore) incendit.

V. 24 de ὧν constructione dubitatur. Vide totum locum:

τίν ἂν οὖν χώραν εὔφρονα μᾶλλον
τῆσδ' ἀφικοίμεθα
: : : : : : : : :
ὧν πόλις, ὧν γῆ, καὶ λευκὸν ὕδωρ,
ὕπατοί τε θεοί, καὶ βαρύτιμοι
χθόνιοι θήκας κατέχοντες,
καὶ Ζεὺς σωτὴρ τρίτος οἰκοφύλαξ
ὁσίων ἀνδρῶν, δέξαιθ' ἱκέτην
τὸν θηλυγενῆ στόλον . . . . .

Sunt qui (ut Weil) ὧν ad insequens θεοί referant: Dei superi, quorum urb terra, liquida aqua sunt, et dei inferi, Juppiter denique gregem nostrum recipia Weckl. ad praecedens χώραν, quasi Ἀργείους pro Ἄργους γαῖαν dictum sit, structura κ. σύνεσιν statuens. Alii (Rob., Herm., Krus.) ὦ πόλις, ὦ γῆ conjectura scripserunt. Eg cum insequenti στόλον conjungo: Quam in terram magis hac (Argivorum) amica pervenire possimus? Nos, quarum gregem muliebrem utinam et dei superi et infe supplicem recipiant! Ceterum θεοὶ χθόνιοι, ut Weil, de deis inferis, scelerum ultoribu non ut Herm., βαθύτιμοι pro βαρύτιμοι scribens, de heroibus intellego. Sunt qui h tres illos deorum ordines significari putent, quibus in conviviis prima libatio facta si Cf. Hug ad Platonis Symposion 176, A (Cp. 4).

v. 32. πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει θεῖναι. Kruse, Weckl. cum scholias et Hesychio ψαμμώδης interpretantibus arenosam Argorum oram intellegunt, Home nempe illud πολυδίψιον Ἄργος respicientes. Sed ἄσις limum, non arenam, significa Quid? Si Bursianum audiamus (Geographie v. Griechenland B. II. p. 41 A. 2) ha

docentem: „Nach Aristot. meteor. I. 14 war in den älteren Zeiten die eigentliche Argeia versumpft, das Gebiet von Mykenae dagegen fruchtbar.“?

v. 40. πρίν ποτε λέκτρων ἀεκόντων ἐπιβῆναι. Weckl. translationem a persona ad rem in hoc adjectivi usu agnoscit. Potest etiam passive intellegi, poëtarum more, qui activa adjectiva ad arbitrium passive et invicem passiva active usurpant, quod in hoc ipso adjectivo exemplis confirmatur. Cf. Soph. O. C. 240: ἄκοντα ἔργα; ib. 977 πῶς τἄν τό γ'ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; O. T. 1230 κακὰ ἑκόντα κ' οὐκ ἄκοντα. Itaque λέκτρα ἀέκοντα sunt lecti adversa voluntate permissi (dati), ab invitis petiti, sive denegati. Dettweiler in illa commentatione (cf. ad v. 1) p. 7 λέκτρα ἀέκοντα ad genetivum substantivi revocat ἀεκουσῶν explicans.

46 ἐπωνυμίᾳ δ'ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν εὐλόγως, Ἔπαφόν τ' ἐγέννασεν.

Weckl. Hermannum auctorem sequens: „Nach der Berührung, durch welche Jo empfing, verging bis zur Geburt die normale Zeit. sodaß der Name des Sprößlings mit Recht von der Berührung hergenommen wurde.“ Non solum artificiosior mihi haec explicatio videtur, sed etiam parum perspicua. Non enim video, cur a tempore justo post contactum praeterito potius quam a re ipsa, ab contactu, causa nominationis petita sit Ego αἰῶνα μόρσιμον vitam (aevum) fato constitutam sive sortem Jus vitae a Parcis destinatam intellego. Sors autem haec ei data erat, ut a Jove contacta filium pareret. Atque haec sors filii nomine εὐλόγως, commode (treffend, mit treffendem Worte) confirmata, ad immortalitatis memoriam consecrata est, proprie perfecta. Perfectio autem in rei stabilitate cernitur. Haec erat sententia scholiastae ἐβεβαιοῦτο ὁ εὔμορος αὐτοῦ βίος explicantis. Ἔπαφόν τ' ἐγέννασεν: Nomenque Epaphum recepit ille, quem peperit. Hic τέ potius explicandi vim (et quidem, namque) habet quam rei progressum indicat; quod etiam Schwerdt (p. 7) vidit.

Versuum 52 sq. verba pessime corrupta sunt, quorum alia ab aliis emendata complectens sic lego:

τὰ γένους ἐπιδείξω
πιστὰ τεκμήρι'ἃ γαιονόμοισιν ἄ —
ελπτά περ ὄντα φανεῖται.

atque in hunc modum explico: Generis nostri certa insignia incolis ostendam, quae licet eis insperata (primoque eam ob causam dubitata) sint, tamen luculenta i. e. ad generis necessitudinem illustrandam idonea erunt. Concedo pro φανεῖται aliud quid exspectari, sicut: fidem facient, agnoscentur. Ceterum ut agnoscantur, ipsa primum eis, quibus ostenduntur, aperta atque dilucida sint oportet. Et quae desideres, in proximo versu invenias: γνώσεται δὲ λόγους τις ἐν μάκει. Dubitaveram tamen an quam Weil profert interpretationi accederem, haud indignae quae attendatur. Demonstrabo quae, quamvis insperata terrae incolis, generis certa argumenta re vera (ὄντα) apparebunt. Hic igitur ὄντα praedicative accipit et cum φανεῖται construit. Quod ad lectionem attinet, ille nihil ab eis, quae supra proposuimus, distat, nisi γονέων pro γένους scribendo. Generis illa indicia nimirum ea intellegenda, quae de majorum suorum rebus fortunisque cognita narravit. Minus probatur mihi Weckleinii interpretatio: „Den Bewohnern des Landes werden die Wahrzeichen freilich überraschend und unglaubhaft erscheinen“, in quibus πέρ aut non respectum aut mihi non intellectum est.

v. 61. τᾶς Τηρεΐας μήτιδος: κατὰ παράφρασιν τοῦ Τηρέως. Hoc si scholiasta recte judicavit, referri potest ad dolum illum Terei, quo, ut cum Philomela, Procnes conjugis sorore, consuetudinem contrahere posset, conjugem ruri occultavit, sive de stupro sorori illato conjugem celavit, cum linguam Philomelae exsecuit (Metam. VI. 556). Cf. Jacobi Handwörterbuch der Griech. Mythologie ad Tereum p. 847.

v. 72. γόεδνα δ'ἀνθεμίζομαι
δειμαίνουσα φίλους τᾶσδε φυγᾶς
ἀερίας ἀπὸ γᾶς
εἴτις ἐστὶ κηδεμών.

Weckl. φίλους cum Schwerdtio argutius ad Argivos refert, εἴ ad δειμαίνουσα adjungit ea sententia, ut angatur chorus, si quis opem sibi laturus sit „ängstlich besorgt, ob einer der Freunde sich meiner Flucht annimmt.“ Quoniam autem de re futura quaerit, mihi praesens non recte positum videtur. Mallem igitur aut ἔσται (quod metrice non quadrat) aut ἐάν (ἄν τις ᾖσι κ.). Nunc εἴ τις ἐστί cum γοεδνὰ ἀνθεμίζομαι conjungo. Querelarum flores carpo i. e. summas querelas erumpo*), si quis est, qui curam mei habeat. Hypothetice, non interrogative εἴ accipio, sed ita ut aliquid suppleam, velut: testem adhibens — ut audiat, si quis, vel quicunque curam mei gerit. Genetivum autem φυγᾶς ad γόεδνα ἀνθεμίζομαι refero, poterat etiam referri ad δειμαίνουσα, sed illud praeferendum. Est genetivus causalis, cujus usu apud poëtas liberrimus. Cf. Eurip. Hec. 1256 ἀλγεῖς· τί δ'ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς cf. Klotz. Aesch. Ag. 571 τὸν ζῶντα δ'ἀλγεῖν χρὴ τυχῆς παλιγκότου. Krüger II (Di. S. § 47. 21. A. 1. u. 2. φίλους de necessariis intellego, germanice „Die Lieben“. Cf. infra 984 τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐγγενεῖς φίλους (sc. ἡμᾶς, τὰς Δαναΐδας) πικρῶς ἤκουσα αὐτανεψίοις, Soph. El. 345; 368; 396 et Kruse ad v. 322. Nam quo minus id sunt quod propria vis hujus vocabuli valet, eo acerbior exsistit oratio. V. de ironia Aeschy lea Schulze de figurata Aeschyli elocutione Halberstadt 1854, p. 22. Quod idem Wei sensit: amici qui esse debebant. Sed in eo Weilio non accedo, quod κηδεμών de cura inimica, ultrice intellegit, interpretans: qui persequuntur.

Non est quod dicam praeclarissime Weckleinium quartam stropham (v. 86 sq. expedivisse, quoniam ea tantum, in quibus dissentio aut nova affero, adnotare in animo est.

v. 103 sq. ἰδέσθω δ'εἰς ὕβριν
βρότειον, οἷα νεάζει πυθμὴν
δι' ἀμὸν γάμον τεθαλὼς
δυσπαραβούλοισι φρεσὶν καὶ διάνοιαν μαίνολιν
κέντρον ἔχων ἄφυκτον.

Hactenus possunt verba intellegi. Tria, tres, ut ita dicam, gradus chorus in scelere Aegyptiadarum distinguit: unde scelus originem trahat, quo spectet, quale exsistat (quibus actionibus exardescat): Ursprung, Ziel, Äußerung, quorum tertium cum ad τέλος, finem, referimus, etiam efficiendi ratio, Mittel, dici potest. Origo est in insana mente eorum. Id quod spectant nuptiae sunt. Efficiendi ratio in insectatione peregre fugientium vertitur.

„Videat Juppiter insolentiam hominum, qualis ad nuptias mecum ineundas stirpis similis (perinde ac stirps) pravis consiliis germinet (proprie νεάζει: novos ramos procreet—quia jam antea, Danao regno et finibus expulso, apparuerat), mentis insanae stimulis invictis acta.“ Grammaticam rationem optime Weckl. illustravit.

Jam quae sequuntur: ἄταν δ'ἀπάτᾳ μεταγνούς. nullo modo assequor. Imprimis aoristus a sententiarum ratione et ordine alienissimus est nec propius ad intellectum meum adducitur aut magis commendatur Weckleinii interpretatione: er — der Übermut, sed structura et verbo, πυθμήν, der Stamm — hat sich infolge des Trugs der Leidenschaft statt zum Heilsamen zu seinem Verderben entschlossen. Quamobrem ad sanandum, quem corruptum sentio, locum varia tentavi, quorum tamen nihil, ut vere dicam, omnibus numeris mihi satisfacit. Sunt quidem haec: ἄτα δ'ἕπεται μετ' ἄλγους (sive ἄχθους.): poena (proprie: malum, pernicies) subsequitur cum acerbo dolore. Adversatur autem, quod insequenti stropha de deorum auxilio dubitat, cum quasi sepultam se lamentetur et v. 154 sq., si salus a deo sibi negetur, laqueo se mortem sibi illaturam affirmet; deinde: Ἄτα δ'ἀπατᾷ ματαίους: Daemon, qui hominum mentes errore implicat et culpa obstringit, decipit (sibi addictos) temerarios et dementes, cum spem eorum

*) τῶν γόων τὸ ἄνθος ἀποδρέπομαι schol. cf. Schulze de imaginibus Aeschyli (Halberstadt Programm 1854) p. 10: summos cruciatus perpetior. Todt de Aeschylo vocabulorum inventore, Pädagogium zu Halle 1855 p. 48 efflorescere mihi facio.

qua inducti scelus suscipiunt, ad irritum redigat. Quod quidem recte dicere poterat, quoniam, etiam si deorum ope destitueretur, voluntaria morte Aegyptiadarum consilia perimere destinaverat; tum Ἄτας τ'ἀπάτας ματαίους (ab ἔχων pendens): Insolentia originem trahit et ex ipsorum insana mente et ex Ates deae praestigiis, delusionibus vanis, sc. quae vana ostendunt.

v. 111 sq. τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγων
λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ
ἰή, ἰή.
ἰηλέμοισιν ἐμπρεπῆ ζῶσα γόοις με τιμῶ.

Pro λέγων plerique Engeri conjecturam δ'ἐγώ receperunt. Sed quanquam sic recta sententia evadit, in reflexivo με*) et olim offendi nec offendere desii, postquam Dyroffii doctissimam commentationem: Geschichte des Pronomen reflexivum, Würzburg 1892 (Bd. III der Beiträge zur Historischen Syntax der Griech. Sprache herausgg. von M. Schanz)**) perlegi. Nam etsi ostendit apud Homerum et antiquis temporibus simplex pronomen personale etiam reflexive***) adhibitum esse nec nisi cum contentione et vi αὐτόν adici solere, tamen plena, suo sono enuntiata, forma opus fuisse exemplis confirmatur, ut paucas exceptiones emendando tollendas mihi persuaserim. Quomodo hoc Euripidis loco, Andr. 256: ἀλλ' οὐδ'ἐγὼ μὴν πρόσθεν ἐκδώσω μέ σοι commodissime fiat (simplicissime, puto, aphaeresi 'μέ aut synizesi statuenda), illius poëtae editoribus relinquo. Cum quidem in margine codicis pro τιμῶ τιμᾷι adscriptum inveniam, haec tentavi:

τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομέναν ἐμοῦ
λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ
ἰή, ἰή
ἰήλεμος διεκπρεπῆ (an διεκπρεπής?)
ζῶσαν ἐμός με τιμᾷ.

Sententia est eadem: Tales mei miserias argutas, graves, flebiles cantantem, heu heu, naenia, insignem inter omnes, mea (meo ore edita) vivam me ornat. Vocabulum διεκπρεπής in lexicis non invenitur, sed aliis, ut διεκλάμπειν, διεκτέλλειν, convenienter est fictum, nec forma nec vi a cognatis, quae in usu erant: διαπρεπής, ἐκπρεπής, †) remotum. Cetera non magnopere distant. γόος quidem puto, ad ἰήλεμος explicandum adscriptum, verum post extrusisse. Casus mutationes falsa scriptura τιμῶ adductae. Inter ν εμου et λεγων, quae maxime differunt, litterarum saltem numerus convenit, quod non est in δ'εγω et λεγων, ut non dicam illa antiqua scriptura (cf. Meisterhans p. 5) propius inter se abesse quam nunc.

v. 118 ἱλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν,
καρβᾶνα δ'αὐδὰν εὖ, γᾶ, κοννεῖς.

Hoc non de Aegyptiaca dialecto intellegi posse apparet. Nam ante Danaum in Argivam terram Aegyptii non venerant. Recte id scholiasta ad βοῦνιν rettulit, quod γᾶν valere κατὰ βαρβάρους dicit. Videtur igitur Aeschylus βοῦνις Pelasgicam vocem et, ut multi, Pelasgos barbaros habuisse. Contra Haupt (Aeschyli Supplices 1829) ad v. 94 p. 128, Eustathium auctorem proferens, καρβάν a κάρ ductum vult, unde efficiatur βοῦνιν Aeschylum Caricam vocem existimasse. Cares, sicut Phoenices et

*) quod Ulmannum in disputatione, quam supra memoravimus, quo loco de reciproco pronomine egit (pars II, Donaueschingen p. 12) plane fugit.

**) De eadem re jam antea, sed tragicos tantum respiciens, Rappold: Das Reflexivpronomen bei Aeschylus, Sophokles, Euripides, Klagenfurt 1873 tractaverat.

***) cf. Rappold p. 18.

†) Conf. alia adjectiva hujus terminationis ap Todtium de Aeschylo vocabulorum inventore (Halle 1855) p. 25, in quibus ὁμοιοπρεπής, ἀρχαιοπρεπής.

Lycios ad antiquissimos Pelasgos accessisse et in Argiva terra consedisse ex Bursiano l. l. (II p. 41) videre licet. Conf. etiam de hoc vocabulo et de ceteris hic usurpatis Todtium, de Aesch. voc. inv. p. 3.

v. 135. λινοῤῥαφὴς δόμος ἅλα στέγων δορός, si scholiastam sequimur (παρόσον τρυπῶντες τὰς ναῦς (σανίδας corrigit Wk.) σπάρτοις αὐτὰς συνέῤῥαπτον) est navis (δόμος δορὸς: Bau sive Haus des Schiffes, ut recte plerique conjungunt) funibus consuta sive conexa.*) Sed quanquam etiam Vergilius de sutili cymba Charontis loquitur (Aen. VI. 414, quae tamen rimosa est), non satis percipio, qui omnino hoc fieri possit, et si possit, quomodo aquam possit arcere. Mihi plane perspectum exploratumque est Aeschylum illam, quam Herodotus, II 96, descripsit Aegyptiarum navium structuram spectare, si quidem etiam eodem nomine βᾶρις (v. 836 σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν, 874 βᾶριν οὐχ ὑπεχθορεῖ, 882 βᾶριν εἰς ἀμφίστροφον), de ea utitur. Baris autem non funibus continebatur, sed commissurae ejus biblo referciebantur. Haec quidem ejus constructio erat: Solum ex pluribus tabulatis constabat, quae πλινθηδὸν alia aliis imposita clavis transmissis continebantur, eo quidem ordine tabularum, ut commissurae inter se non congruerent; quibus tabulatis postremo ad firmius ea compingenda juga sive ligna transversa insternebantur. Ne vero aqua ullo modo intrare posset, τὰς ἁρμονίας τῇ βύβλῳ ἐπάκτωσαν. Dicit igitur Aesch. λινοῤῥαφής, mit Leinen vernäht, quod vere lino (vel biblo) inserto coagmentatum (refertum) „verstopft" est. Credam ei Herodoti, quod in eodem capite invenitur, vocabulum κατεῤῥαμμένον (θύρη κατεῤῥαμμένη ῥίπεϊ καλάμων) obversatum esse.

v. 144 sq. θέλουσα δ'αὖ θέλουσαν ἁγνά μ'ἐπιδέτω Διὸς κόρα,
ἔχουσα σέμν' ἐνώπι' ἀσφαλές·

ἀσφαλὲς Herm. in Ἄρτεμις mutavit, quem Wk. secutus est. Sed puto traditam scripturam sanam sententiam admittere:

Amica amicam me intueatur Jovis casta filia (Diana),
(oculorum) venerandum in me figens obtutum salutifera (proprie: malum avertens sive averrunca);

nec est quod ἀσφαλῆς scribamus, etsi, quoniam multo ante Euclidis praeturam (403), quo longae et brevis e litterae distinctio introducta est, hanc fabulam Aesch. scripsit, arbitrio nostro possumus. Nam ἀσφαλές, sive ad ἐπιδέτω sive ad ἔχουσα referimus, adverbialis accusativus, qui proprie est interni objecti (schol. ἀσφαλῶς ἐπιδέτω), habendus; faustum tueri idem quod faustum obtutum figere. De transitivo usu adjectivorum neutralium sive intransitivorum conf. quae ad ἀεκόντων v. 40 adnotavimus, et Schützium ipsumque Weckleinium ad φοιταλέος, Prom. v. 599. Sed Wk. hic longe aliam rationem sequitur. ἐνώπια communi sententia latera, parietes laterales, templi quidem, intellexit. „Zugetan blicke mich, die ich ihr zugetan bin, Artemis von ihrem hehren Tempel her an", quippe cum Ἄρτεμις Ὀρθία in monte Lycone templum haberet. Sed haec si sententia sit, attributum aliquod desidero, quo quae latera indicentur, cujus templi, ubi siti, declaratur. Sine hoc adjecto recte Oberdick mihi judicare videtur dicens: „Zudem wäre es doch ein im höchsten Grade frostiger Ausdruck ‚die ehrwürdige Tempelwände hat'." Contra in significatione adspectus, vel etiam vultus, nihil haereo, respiciens adverbium ἐνώπιον, quod coram sonabat (Aeschin. in Ctes. 43 οἱ δὲ ἀνηγορεύοντο ἐνώπιον ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων). Cur igitur traditae scripturae mutatione opus erat?

Jam sequuntur:

πάντι δὲ σθένει
διωγμοῖσι δ'ἀσφαλέας
ἀδμῆτας ἀδμῆτα
ῥύσιος γενέσθω.

---

*) Nec aliter Todt p. 41.

His aperte corruptis verbis Herm. facilem medicinam attulit pro διωγμοῖσι δ᾽ἀσφαλέας διωγμοῖσιν ἀσχαλῶς' scribendo, qua Wk. non acquievit et verbo ἀσχαλῶς' : ἀλκαθοῦσ' substituit, quia παντὶ σθένει cum ἀσχαλῶσ' parum apte jungeretur. Sed παντὶ σθένει non ad ἀσχαλῶσ', sed ad ῥύσιος γενέσθω referendum.

v. 161 εἰ δὲ μή, (supple: ῥύσιος ἡμᾶς ἔσῃ vel εὐνὰς ἀνδρῶν μὴ ἐκφευξόμεθα)
τὸν γάϊον — Ζῆνα —
ἱξόμεσθα σὺν κλάδοις
ἀρτάναις θανοῦσαι,
μὴ τυχοῦσαι θεῶν Ὀλυμπίων.

Haec extrema mire breviter dicta apte Weckl., ut ego quoque primo loco ea mihi explicaveram, interpretatur = ἁμαρτοῦσαι, wenn sie unser Flehen nicht erhören. Praegnans igitur, quam dicunt, verbi τυχεῖν sententia statuenda: participem fieri, gratiae quidem deorum. Sed etiam alia via relinquitur: potest αὐτό (τὸ μὴ ἐκφυγεῖν) suppleri. Cf. Soph. O. C. 1168: ὅστις ἂν σου τοῦτο προςχρῄζοι τυχεῖν, qui desideret illud abs te impetrare; Phil. 231: οὐκ εἰκὸς τοῦτ' ἐμὲ ὑμῶν ἁμαρτεῖν.

v. 162 ἆ Ζὰν, Ἰοῦς ἰώ
μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν.

μάστειρα plerique corruptum putant et Abreschii conjectura ex scholiastae interpretatione μαστιγωτική petita: μαστίκτειρ' („der Groll von Seite der Götter gegen Jo ist's, der uns geißelt" Wk.) utuntur. Sed quid aliud est μάστειρ', quod proprie sonat: quae appetit (nos)? Possis etiam rationem invertere construens: Jonem appetit ira (quae in nobis expromitur). Hoc dubitanter Weil voluit dicens: Interim vertas: Ah, Juppiter, quae Jonem indagat (persequitur) ira, a dis proficiscitur.

v. 168 καὶ τότ' οὐ δικαίοις Ζεὺς ἐνέξεται λόγοις.

Quae sententia horum verborum sit, neminem fugit. Schol. οὐκ εὐαπολόγητος ἔσται. Weil: ἄδικος ἀκούσεται. Wk. „dann wird Zeus der Nachrede der Ungerechtigkeit verfallen". Sed rationem dicendi a nullo enodatam invenio. Mihi quidem olim ex transitivo (activo) usu adjectivi δίκαιος eam repetere visum est: inhaerescet (implicabitur) sermonibus, qui eum injustitiae arguent (wird feststecken, hängen bleiben d. i. zum Opfer fallen nicht rechtfertigender Nachrede). Nunc Dettweileri (cf. ad ἀφίκτωρ v. 1) rationem, quam in liberiore usu adjectivorum et derivativorum et compositorum explicando secutus est, ut ad genetivum substantivi revocarentur, quae quidem ratio in adjectivis in ιος exeuntibus propter cognationem hujus terminationis cum genetivi suffixo maxime appareat (v. ibid. p. 5), hic subesse subiciendamque mihi persuasi. Δίκαιος quidem idem quod δικά-ιος. δίκαιοι λόγοι sunt igitur λόγοι δικαιοσύνης: fama justitiae, λόγοι οὐ δίκαιοι sive ἄδικοι = λόγοι ἀδικίας: fama injustitiae.

v. 189 ἄμεινόν ἐστι παντὸς οὕνεκ', ὦ κόραι,
πάγον προσίζειν τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.

Idem epitheton deorum invenitur v. 242:
κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων
κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις.

v. 332 τί φῄς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν;

v. 355 ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
ναίονθ' ὅμιλον τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.
denique Ag. 513 Κῆρυξ: Τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς πάντας προσαυδῶ.

De ejus significatione multum disputatum variaeque sententiae propositae sunt, nec res adhuc ita expedita, ut nulla dubitatio relinquatur. Quamobrem mihi quoque liceat in hanc quaestionem ingredi et quam ego de eo conceperim sententiam declarare. Hoc quidem nunc inter omnes constat a vi certaminis plane discedendum esse nec ullo

modo deos certaminum praesides intellegi posse, sed ad antiquiorem et principalem hujus vocabuli vim, concilii, conventus, regrediendum, quae saepius apud Homerum invenitur, velut νεῶν ἐν ἀγῶνι XVI. 500. cf. Fäsi ad XXIII. 258. Ipe θεῖος ἀγών legitur VII. 298. cf. Krus., Weckl. Nunc in eo quaestio vertitur, utrum de certo constantique coetu sit cogitandum an de vario mutabilique, alio in aliis civitatibus. Hanc sententiam Weckl. amplectitur, qui ἀγών hic idem esse vult, quod πανήγυρις sive ξυντέλεια, quae nomina in Septem Aeschyli inveniuntur: θεῶν ἅδε πανάγυρις v. 219, ὦ (Weil θεῶν) ξυντέλεια v. 251, quod posterius scholiastes τὸ κοινὸν ἄθροισμα τῶν θεῶν explicat. Usurpari autem haec nomina de quolibet coetu deorum, quorum simulacra in eadem ara posita communi veneratione colantur. Hanc igitur rationem etiam ad hunc, qui propositus est, locum refert et coetum hic eos deos complecti vult, qui postea a versu 209 ad 220 nominentur, sc. Jovem, Solem, Apollinem, Neptunum, Mercurium. In Septem fabula alios efficitur intellegendos, cum eidem saepius θεοὶ πολισσοῦχοι 69, 271, πολίοχοι 110, πολιοῦχοι 312, πολῖται 253 appellentur, deos quidem Thebarum tutelares, in quibus non dubium, quin etiam Παλλὰς Ὄγκα (v. 130, 164) Mars (135), Venus (140), Diana (149), Juno (152) referendi sint, cum Sol et Mercurius segregandi videantur. Verisimile est autem deos quoque minorum gentium, fluviatiles et fontanos, velut Ismenum (273), Dircen (ib. et 308), alios (311) includendos. Contra in hac fabula Supplicum θεοὺς ἀγωνίους opponi deis urbis praesidibus apparet. Rex enim saepius vel Danaum vel Danai filias hortatur, ut θεῶν ἀγωνίων communi ara (κοινοβωμία 222) relicta deos Argivos, qui ἐγχώριοι v. 482, 520, 705 (ibid. οἳ γᾶν ἔχουσι), ἀστικοί 501, ἀστυάνακτες 1019, πολιοῦχοι, πολισσοῦχοι 439, 1020 appellantur, adeant et ramis (κλάδοις) ornent adorentque, quorum sedes a κοινοβωμία illa remotae adeo Danao ignotae sunt, ut ad reperiendas duces sibi exposcat (492). Ex eisdemque locis cognoscitur complures variisque locis, ante singulorum templa, in ipsa urbe sitas, aras fuisse. Itaque potius priorum, Schneideri, v. Lex. E. Jacobi p. 60, Prelleri, Griech. Myth. I. p. 86, aliorum sententiae accedo, certum quendam ordinem deorum ἀγωνίους dictum esse, eos potissimum, qui in duodecim principum numerum relati sint; nec minime obstat quod hoc loco quinque solum nominati sunt; nam ex versu 222, eorum mentionem sequente, luculenter apparet etiam alios cogitari, quorum nomina edere poëta supersedeat: πάντων δ'ἀνάκτων τῶνδε: omnium horum, qui in conspectu sunt, dominorum. Nam hoc si non sentiretur, πάντων Aeschylus, qua erat breviloquentia, non addidisset. Cf. etiam v. 424 μηδ' ἴδῃς μ'ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων ῥυσιασθεῖσαν. Idemque Oberdick p. 83 hinc colligit. Preller eos consilium selectum deorum quoddam (Ausschuß) fuisse censet, qui in publicis locis, ut in arce, in foro, aliis, qualia nempe etiam litus portusque erant, collocati fuerint*) Restat ut exponam, quam rationem inter ἀγωνίους et deos singularum civitatum fuisse censeam. Puto ἀγωνίων vim eo pertinuisse, ut commercium fidemque civitatum aliarum cum aliis,**) contra πολισσούχων, ut domesticum usum tuerentur. Unde consentaneum est illos in communibus potissimum locis constitutos fuisse. Nec minime impedit quod partim eadem nomina in agoniis et civitatum praesidibus inveniuntur; nam Παλλὰς Ὄγκα non eadem est plane, quae simpliciter Pallas, non magis quam Juppiter Capitolinus idem cum Jove simpliciter vocato. Illius vis angustior, hujus latior est. Ceterum si quaeras, quomodo Germanice hoc epitheton vertendum sit, prout vel dignitatem vel officium eorum spectamus, eos Hauptgötter aut G. der Gesamtheit, des Gesamtverkehrs, etiam gemeinsame nominem. — Quod denique hoc loco Sol ab Apolline discernitur, notissimum antiquis temporibus fuisse diversos, postea confusos esse.

v. 201 καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
γένῃ· τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος.

*) Non differre ab agoniis puto τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων θεούς, de quibus Thucyd. III. 59 loquitur, quos Plataeenses ad Lacedaemoniorum misericordiam movendam invocant.

**) Hoc respiciens etiam cogitaveram, num ἀγών in hoc adjectivo non tam ad deorum ipsorum coetum quam ad conventum variarum civitatum variique generis civium, qualis ludis sollemnibus, praeterea in foris portubusque omnique in mercatura fiebat, referendus esset.

„in diesem Punkte (τὸ τῇδε) ist der Argivische Stamm sehr empfindlich“ Weckl.*) Ne articulus ad γένος desideraretur, Weckl. in hoc similibusque vocabulis omissi articuli exempla attulit. Certe sententia apta rectaque sic evadit multoque praeferenda Schützii et Krusii interpretationi, qui γένος dicendi genus intellegunt (Kr. „denn solch ein Wesen ruft so leicht den Tadel wach“). Sed non video cur a simplicissima ratione discedamus, quae haec est: Haec (Argivorum) gens maligna invidiaeque plena — praesertim adversus externos — est, quamobrem cavendum, ne offensionem ei afferamus Conf. ad mores Argivorum Bursianum II. p. 44 „der Privatcharakter der Argiver wird von den alten Schriftstellern in keinem günstigen Lichte dargestellt: sie gelten als streitsüchtig und anmaßend“, testes proferentem Diogenian. II. 79. App. prov. III. 35, alios. Adversus Hermannum cavillantem: Unde didicit Danaus, qui modo Argos venit, pronos ad vituperandum esse commode Weckl. monet: Es hieße dem Dichter Fesseln anlegen, verlangte man die Beantwortung dieser Frage. Ceterum in hanc partem, utcunque, etiam conferri possunt, quae v. 485 regem Aesch. dicentem inducit: κατ' ἀρχῆς φιλαίτιος λεώς. Nam etsi in universum edita, tamen conversa sunt in ipsam plebem Argivorum.

v. 205 φυλάξομαι δὲ τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν
ἐφετμάς.

Weckl.: hier „ich werde gewissenhaft beobachten“. Alii, qui in medio offenderint, in φυλάξομεν mutaverunt, quod similiter usurpatum invenio ap Sophoclem Aj. 535: ἐγὼ 'φύλαξα τοῦτό γ'ἀρκέσαι atque in Iliade II. 251 νόστον τε φυλάσσοις.

v. 220 Ἑρμῆς ὅδ' ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις

recte a schol. explicatur: ὡς τῶν Αἰγυπτίων ἄλλως αὐτὸν γραφόντων. Apparet sicut alios hujus arae deos, Solem per gallum, Neptunum per tridentem, symbolice eum effictum fuisse: per caduceum quidem, quod insequenti versu: ἐλευθέροις νῦν ἐσθλὰ κηρυκευέτω confirmatur. Nam apud Aegyptios ille, qui Mercurio respondebat, Thoth sive Theuth alia insignia habebat, ibidis caput, cf. Plat. Phaedr. 274. C., et quae Herodotus II. 51 memorat. Non satis intellego, cur tam aperta verborum sententia Weckl. locum mutaverit πομπός scribens: Ἑρμῆς ὅδ' ἄλλος πομπὸς Ἑλλήνων νόμοις, et ita eum Neptuno opposuerit.

v. 225 φόβῳ
ἐχθρῶν ὁμαίμων καὶ μιαινόντων γένος.

Si cum his alia, quae de eadem re Aesch. dixit, conferimus:

v. 9—10 αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ**)
γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ τ'
ὀνοταζόμεναι

v. 38 λέκτρων ὧν θέμις εἴργει
σφετεριξάμενοι πατραδέλφειαν

v. 334—35 Chor. ὡς μὴ γένωμαι δμωῒς Αἰγύπτου γένει.
Rex: πότερα κατ' ἔχθραν ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις;

denique quae de eisdem nuptiis Prometheus vaticinans profert (Prom. 855)

πέμπτη δ'ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντάπαις
πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται
θηλύσπορος, φεύγουσα συγγενῆ γάμον
ἀνεψιῶν.

*) A loquacitate scilicet illi non minus, quam Lacedaemonii abhorrebant. Conf. v. 273 μακράν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

**) haec quidem probabili Bambergeri emendatione pro corruptis: αὐτογένητον φυλαξάνοραν.

nec vim verbis afferimus, sed simplicem eorum sententiam sequimur, dubitare nullo modo possumus, quin tanquam incestum Danaides has nuptias fugisse poëta dixerit. Nam ut ab extremis verbis ordiar, apparet, ut Welker recte judicavit, causam in iis inesse nuptias fugiendi. Atque etsi alias causas in adversa cum puellarum tum patris voluntate sitas Aesch. adjecit, praecipue hoc, de quo agimus, loco:

ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;
πῶς δ'ἂν γαμῶν ἄκουσαν ἄκοντος πατρὸς
ἁγνὸς γένοιτο;

v. 40 λέκτρων ἀεκόντων ἐπιβῆναι.

v. 334 ὡς μὴ γένωμαι δμωῒς Αἰγύπτου γένει,

tamen verba, quibus in scelere harum nuptiarum notando utitur, ad incestum spectare et ad illud accommodatissima esse quis, qui integre nec praecepta opinione judicet, neget? Aliud nihil ex verbis γένους μίασμα; αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ ὀνοταζόμεναι erui potest. Sed plerique doctrina decepti ludibrioque habiti aliam viam inierunt, scholiasta principe, qui ad ὧν θέμις εἴργει v. 38 adjecit, ὧν τὸ δίκαιον ἡμᾶς εἴργει διὰ τὸ (pro ἕνεκα τοῦ) μὴ θανατωθῆναι τὸν πατέρα, si quidem oraculum erat Danaum a subole Aegypti interfectum iri. Odio quidem illi patrem filiasque has nuptias aversatos esse duxerunt. Copiosissime in hanc sententiam disputaverunt Haupt (p. 84 sq. editionis), Martin Reinkens (De Aeschyli Danaidibus ad progr. Düsseld. 1886 p. 7 sq.), Kruse p. 141, Oberdick p. 86. Non dissentiunt Weil et Weckl. Nam quominus incestum suscipere visae sibi sint Danaides obstare, quod nec apud Athenienses nec apud Aegyptios, sive horum sive illorum rationem poëta sequebatur, non modo patrueles sed ne fratres quidem, dummodo ne ὁμομήτριοι essent, nuptias inter se conjungere vetabantur, Aegyptiorum lege etiam eis, qui eadem matre orti erant, licebat. Conf. quae Diodorus (I. 27) de Aegyptiis tradit: νομοθετῆσαί φασι τοὺς Αἰγυπτίους παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων γαμεῖν ἀδελφὰς διὰ τὸ τῆς Ἴσιδος ἐπίτευγμα· ταύτην γὰρ συνοικήσασαν Ὀσίριδι τῷ ἀδελφῷ, ... Sed obliti sunt docti illi interpretes differre aliquid inter leges et mores. Leges etiam favebant apud Athenienses ejusmodi nuptiis, ne familiarum bona dilacerarentur, mores autem, quod ad fratres attinet, minime cum legibus conveniebant — hoc, ut alia omittam, ex ipsis, quae Diodorus addidit: παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων conicere mihi videor. Ac ne de patruelibus quidem mores multo liberiores quam apud nos fuisse arbitror Sunt qui tales nuptias non repudient, sunt qui abhorreant ab eis: quod idem apud Athenienses fuisse opinor. Ab Aegyptiis abeo, quorum mores, ut a Graecorum (conf. quae de ea re Herod. II. 35 disputavit), sic a nostris longe distant; nec puto illos potius quam suos suaeque civitatis Aeschylum in universum secutum esse. Sed quicunque Graecorum mores in his rebus fuerunt, nonne licebat poëtae suam ac propriam, quam conceperat, rationem edere? Tradita ei erat fabula de Danai filiarum, ne patruelibus nuberent, ex Aegypto fuga; hanc poetice tractandam susceperat. Quomodo efficere poterat, ut legentium audientiumve animi studio misericordiaque in illas afficerentur, nisi graves probabilesque causas taedio harum nuptiarum et quasi cuidam horrori subiciebat? An patris voluntas et auctoritas idonea erat causa? an quod ipsis displicebant ei, idonea tamque gravis erat, ut, ne eis conjungerentur, mortem non fugerent? Ut exemplo rem magis declarem. Quis nescit apud Graecos communem fuisse morem, ut victarum civitatum cives bello captos in servitutem abducerent, non minus Graecorum quam barbarorum? Hocine impediebat, quominus homines quidam Graeci humanitate insignes hunc morem aversarentur? Conf. quae Plato (de Rep. V. 15 p. 469. B) de ea re dicit: Ἀνδραποδισμοῦ πέρι δοκεῖ δίκαιον εἶναι Ἕλληνας Ἑλληνίδας πόλεις ἀνδραποδίζεσθαι, ἢ μηδ' ἄλλῃ ἐπιτρέπειν κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τοῦτο ἐθίζειν, τοῦ Ἑλληνικοῦ φείδεσθαι . . . . Μηδὲ Ἕλληνα ἄρα δοῦλον δοκεῖ ἐκτῆσθαι μήτε αὐτοῖς τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω ξυμβουλεύειν; Hac sententia

imbuti homines sive rem publicam sive fabulam condebant, nonne poterant aut debebant ea principio ac fundamento uti vel ad legem scribendam vel ad actionem aliquam fingendam?

v. 226 ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών; φαγών vocabulum non nimis urgendum. Nam non de morte Danaidibus inferenda agitur, sed de malo aliquo importando ab eis, qui praesidio eis esse debebant. Malum illud vertebatur in virginitate earum decerpenda incestis nuptiis maculaque eis imponenda, denique in vi inferenda: πῶς δ'ἂν γαμῶν ἄκουσαν ἄκοντος πατρός;

243 κλάδοι γε μὲν δή, κατὰ νόμους ἀφικτόρων,
κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις
μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν ξυνοίσεται στόχῳ.

„darin allein wird Hellas durch Vermutung mit der Sache (der Wirklichkeit) zusammentreffen d. i dies allein kann ein Grieche aus euren Zweigen richtig schließen." Wkl. Et similis omnium interpretatio. praeterquam quod emendando alii alia mutaverunt, Bothe: ξυνείσεται, Herm. συνήσεται, Burges συνᾴσεται (propter συμφωνήσει scholiastae), scribentes. Mihi quidem Ἑλλὰς χθών non subjecti, sed praedicati vim habere videtur, hanc quidem esse sententiam: In hanc partem, sc. quod ramos supplicum ritu deponunt, conjectanti (στόχῳ conjecturae, quod idem ac στοχαζομένῳ) Graecorum terra assimulari videbitur (Futur. der zu gewinnenden Erkenntnis, K. W. Krüger I. § 53. 7. A. 1.), comparando eveniet, Graecorum mores agnoscentur, proprie Graecorum terra i. e ritus conveniet (cum earum ritu). Idem voluisse scholiastam opinor ξυνοίσεται: συμφωνήσει explicantem. Secundum solitam interpretationem non video, cur magis Graecorum terra quam simpliciter τις subjecti loco ponatur. Nam a quo conjectura capiatur, dummodo vera sit, nihil refert.

v. 245 εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.

Potest παρόντι ad ἦν, potest ad σημανῶν referri. Hoc contra plerosque, si minus omnes, praefero „nisi vocem haberetis ad rem praesenti indicandam".

v. 266 Olim pro corrupto μηνεῖται Weckl. μηνῖτις conjecit, nunc μητρυιά. Illud praestare mihi videtur.

v. 274—75 Ἀργεῖαι γένος ἐξευχόμεσθα.

Quae est structura? Triplex ratio offertur. Aut: Argivae (cum simus), genus nostrum praedicamus. Cf. v. 272 γένος ἂν ἐξεύχοιο. Aut: Argivae cum genere simus, hoc gloriamur. Aut denique: Argivas nos esse genere gloriamur. Omissi infinitivi verbi auxiliaris exemplum infra v. 313 invenitur: τίς οὖν ὁ Δῖος πόρτις εὔχεται βοός; Ne a soluta quidem oratione, quanquam durior, haec ellipsis aliena. Cf. Stallbaumium ad Plat. Leg. 672. E. γενέσθαι αὐτὸν θηλείας μετασχόντα φύσεως ἀναγκαῖον (εἶναι), Dem. Phil. I. 41 καὶ ὑμεῖς, ἂν ἐν Χερσονήσῳ πύθησθε Φίλιππον, ἐκεῖσε βοηθεῖν ψηφίζεσθε; saepius. Hanc equidem sequor.

v. 283 Κύπριος χαρακτήρ τ' ἐν γυναικείοις τύποις
εἰκὼς πέπληκται τεκτόνων πρὸς ἀρσένων.

Cum χαρακτήρ, nisi similis, nullus sit, εἰκώς otiosum videtur. Praeferrem σαφῶς, sed diplomatica ratione adductus non propono.

v. 319 τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.

In his plerique offenderunt. Burges, quod πάνσοφον ὄνομα ei displicebat, τὸ πᾶν σαφὲς scripsit, Schütz τὸ πᾶν σαφῶς, Bothe τὸ πανσαφοῦν, alii alia. Weckl. sententiam recte explicans: das ist gewiß ein ganz weiser Mann: welches ist sein Name?, cum ad Soph. O. C. 41 revocat: τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομα ἂν εὐξαίμην κλύων adicitque: ‚von den Semnen' πάνσοφον, sicut alii, attributum ad ὄνομα et pro τὸ πανσόφου ὄνομα dictum

videtur accepisse. Sed apparet construendum esse: τὸ πάνσοφον τοῦτο sive τοῦτο τὸ πάνσοφον ὄνομά μοι φράσον: sapientiae hoc columen (principem) nomine indica. Sed quaeritur, qui rex hoc dicere potuerit, cum neque adhuc patrem animadvertisse videatur, nec certe sapientiam ejus expertus sit. Hermann eum propter varia inventa prudentiae laude floruisse ostendit additque regem de notis sibi rebus quaerere. Hunc Schwerdt, Kruse (cujus translatio veram sententiam recte declarat: So gib denn deines weisen Vaters Namen kund), Oberdick sequuntur. Contra Weil nihilominus de integritate scripturae dubitans παντόσεμνον proposuit. Ego huic difficultati optime occurri posse existimo, si versum unum, aut si stichomythia impediat, duos intercidisse putamus eoque magis, quia in hoc colloquio etiam aliis locis excidisse versus omnibus perspectum est. Suppletis igitur duobus versibus hoc fere modo orationem processisse statuo:

Chor. Βῆλον δίπαιδα, πατέρα τοῦδ' ἐμοῦ πατρὸς
τὸν πλοῦν σοφῶς εἰς τήνδε γῆν σχόντος φρενί.

Rex καὶ μὴν ἀγαστὸν ὡς ἀφίκεσθ' εὐτυχῶς.
Τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.

v. 362 σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γεραιόφρων (cod. γεραιοφρόνων)
ποτιτρόπαιον αἰδόμενος, οὖν περ

Pro corrupto οὖν περ olim εὖ περᾷς sc. vitam bene transiges conjeceram, sed cognita Hauptii emendatione εὐπορεῖς illam reliqui. Nam ut illa ad litteras codicis propius accedit, ita hanc graviorem sententiam praebere, praeterea scholio: οὐ πτωχεύσεις commendatam video.

Insequentia verba: ἱεροδόκα θεῶν λήματ' ἀπ'ἀνδρὸς ἁγνοῦ, etsi graviter corrupta sunt, tamen non dubium, quin eandem sententiam contineant, quam Horat Carm. III. 23. 16 edidit:

Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollivit aversos penates
Farre pio et saliente mica

et ex contrario Cicero de Leg. 41: „Donis impii ne placare audeant deos“ Platonem respiciens: παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτε ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεὸν ἔστι ποτὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. Cf. Zaleucum (Diod. 12. 20) τῶν θεῶν οὐ χαιρόντων ταῖς τῶν πονηρῶν θυσίαις τε καὶ δαπάναις. Quamobrem probabilis Weilii emendatio: ἱεροδοκεῖ θεῶν πάνδικον εὐμενῶς σέβας λήμματ' ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ.

v. 380 ἀμηχανῶ δὲ καὶ φόβος μ'ἔχει φρένας
δρᾶσαί τε μὴ δρᾶσαί τε καὶ τύχην ἑλεῖν.

Weckl. recte explicat: das Los zu wählen (das Risiko zu ergreifen), cf. Thucyd. III. 59. 3 καὶ δίκαιον, εἰ μὴ πείθομεν, ἐς τὰ αὐτὰ καταστήσαντας τὸν ξυντυχόντα κίνδυνον ἐᾶσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ἑλέσθαι (ex oratione Plataeensium ad Lacedaemonios judices habita).

396 ξύμμαχον δ'ἑλόμενος δίκαν κρῖνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν.

Weckl. „Erwähle die Dike zur Bundesgenossin und entscheide dich für das, was den Göttern heilig ist.“ Mihi σέβας τὸ πρὸς θεῶν κρίνειν pro κρίνειν τὸ ὑπὸ θεῶν σεβόμενον vel potius τιμώμενον (ἐπαινούμενον) admodum durum videtur, nec deorum esse τὸ σέβας, venerationem, in alios aliave convertere sed veneratione coli. Itaque construo: pietatem in deos sociam adhibens jus discepta, sententiam dic. Ne vero accusativum post πρός praepositionem, idem, quod εἰς, sonantem, postules, genetivus eodem evadit, sed alia via: σέβας πρὸς θεῶν est veneratio a deis proficiscens, alteri injecta. Cf. Sophocl. El. 783 ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπηλλάγην φόβου πρὸς τῆσδ' ἐκείνου θ', si quidem

cum φόβου πρός conjungendum. Confirmatur haec ratio insequentibus verbis: οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα. Nam rectum decernere non facile est, facile quod a deis probatur, quod leges divinae postulant.

404 Ζεὺς νέμων εἰκότως ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ'εννόμοις insolenter est dictum. Nam ἄδικα — ὅσια νέμειν, quod videam, significat: testimonium injuste facti — pie facti alicui tribuere die Anerkennung ungerechter — frommer Handlungsweise erteilen, zukommen lassen. Haec nisi ita intellegeremus, Juppiter νέμων ἄδικα injustitiae argueretur.

407 δεῖ φροντίδος σωτηρίου, δίκην κολυμβητῆρος, εἰς βυθὸν μολεῖν. De imagine conf. Rappold, die Gleichnisse des Aeschylus, Sophocles u. Euripides Klagenfurt II Teil 1877 (p. 26).

412 ὅπως—μὴ δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται. Quaeritur unde genetivus pendeat. Wk. cum ἐφάψεται conectit et ῥυσίων ἐφάπτεσθαι praedae vel pignori manum admovere intellegit. Fortasse recte. Sed potest etiam cum δῆρις construi et pronomen (ἐμοῦ, ἡμῶν) ad ἐφάπτεσθαι suppleri: Ne certamen pignoris nos attingat.

v. 434 τάδε παισὶ μένει ἐκτίνειν ὁμοίαν θέμιν. Monendum hic duos accusativos conjunctos esse, quia τίνειν τι et aliquid solvere et pro re s. significat. Praeterea zeugma quoddam τῷ ἐκτίνειν contineri; nam τίνειν patiendi vim habet, audiendis autem supplicum precibus deosque, quos implorant, verendo rex efficit — haec quidem Danaïdum opinio — ut ejus posteri boni alicujus participes fiant, fructum mercedemque percipiant.

437 τάδε φράσαι δίκαια Διόθεν κράτη. Weckl. vertit: Beherzige dieses gerechte Walten von seiten des Zeus; sunt autem τάδε, quae proximo superiore versu edita erant: παισὶ τάδε καὶ δόμοις μένει ἐκτίνειν. Ego δίκαια κράτη praedicative dicta existimo et per appositionem ad τάδε adjuncta. Erwäge dies als das gerechte Walten des Zeus. Nec haec mihi videtur sententia Danaïdum, ut hanc Jovis legem ipsae probent, sed quae a Jove justa habeantur declarent. Itaque δίκαια κράτη non justa numina, juste constituta, gerechte Bestimmungen, sed juris constitutiones, juris loco constituta, Rechtsbestimmungen intellego (κράτη machtvolle Bestimmungen). Conf. supra ad οὐ δικαίοις λόγοις Ζεὺς ἐνέξεται 168.

438 sq. καὶ δὴ πέφρασμαι· δεῦρο δ'ἐξοκέλλεται.
ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν,
πᾶσ' ἔστ' ἀνάγκη· καὶ γεγόμφωται σκάφος
στρέβλαισι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον.

Haec extrema verba plerique ad structuram navis referunt nec offenduntur, quod paulo ante navigationis (ἐξοκέλλεται) imago praecesserat. Cum structura autem quia προσηγμένον vocabulum parum concinit, sunt qui hoc mutaverint, Scaliger προσηρμένον scribens, quem Herm. sequitur, Weckl. προσπεπηγμένον. Alii προσηγμένον idem esse volunt, quod συνηγμένον, quod fieri non potest. Mihi quidem minime dubium, quin in eadem imagine poëta perstiterit cursumque navis animo informatum habuerit. Navis in altum abrepta nunc ad terram affixa et constricta est. Στρέβλαις opus fuisse videtur ad navem subducendam in tutoque collocandam, clavis per catenas laqueosve transmissis in soloque vel quacunque in re firma et immobili defixis ad stabiliendam. Rectam potius viam priores tenuisse videntur, Burges admonens de auctoris incerti apud Plutarchum disticho:

ναῦς ὥς τις ἐκ μὲν γῆς ἀνήρτηται βρόχοις·
Πνεῖ δ'οὖρος, ἡμῖν δ'ἐγκρατῆ τὰ πείσματα,

Wellauer interpretans: huc appulit consilium nostrum jamque clavis fixum est, ut navis cylindris nauticis imposita, quibus accedit Weil „Clavis compacta est quasi

navis machinis nauticis adducta et adstricta“ et Tuch (de Aeschyli figurata elocutione, progr. Wittenbergense 1869 p. 6) hominis arbitrium cylindro navis assimulatum dicens. Quod autem Kruse et Oberdick putant id nunc ei constitutum stare, ut Danaidibus auxilium ferat, errant. Hoc insequentibus, praesertim 452: ἦ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι*) luculenter refellitur. Immo haec ei stat sententia, ut ipse (ἐγώ) pugnam declinet, rem autem populi arbitrio, quod jam supra v. 367 significaverat, permittat. Postea minis Danaïdum (465) permotus et deorum ira, si supplices neglegat, perterritus (478) magis inclinat ad gratificandum eis, non ut ipse, quod cupiebant, pro auctoritate sua (370) inimicos earum armis se repulsurum promittat, sed ut, qua ratione populi voluntatem sibi conciliare possint, doceat atque in contione vocata patrocinaturum eis et preces populo se commendaturum (518) recipiat.

Verba v. 443 sq. καὶ χρημάτων μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων cett. corrupta nemo adhuc sanavit. Attamen quae Herm. scripsit facilem probabilemque sententiam praebent ceterisque, quae tentata sunt, praeferenda.

455 sq. Chor. πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.
Rex: ἤκουσα καὶ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται.

Weckl. „Ich habe schon gehört und will weiter hören.“ Nonne potius secundum usum a Krügero, Ausf. Gramm. I. 53. 6. A. 3, notatum haec intellegenda? „Die eben vorgehende Handlung kann man im Moment ihrer Bezeichnung als schon geschehen vorstellen: ἥσθην etc.“

467 ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.

Ad nostram et communem rationem ὀμματόω oculis proponere interpretaremur. Sed haec non Graecorum ratio. Hi ὄμμα et similia saepius de eo, cujus ope videmus, de luce dicunt, ut recte (v Lex. Dindorf.) ὀμματόω illustrare translatum sit. Weckl. apte comparat ἐξομματόω Prom. 49. Conferas etiam βλέφαρον ap. Soph. Ant. 104 de sole. Plura invenies ap. Schulzium de imaginibus Aeschyli p. 13.

v. 494 πολισσούχων θεῶν βωμοὺς προνάους καὶ . . . ἕδρας per amplificationem dictum. Nam sedes arae intelleguntur. Cf. infra 501 βωμοὺς ἀστικοὺς, θεῶν ἕδρας.

507 χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν. Haec codicis scriptura. Weckl. Valckenarii conjecturam χειρία recepit. Sed illud aptam sententiam praebet: nutu et (voce tua).

534 νέωσον εὔφρον' αἶνον. „Erneuere in deinem Gedächtnis die uns freundliche Kunde, der du einst Jo in Liebe berührtest“ Weckl. Haec contorta. Melius Droysen: „den Ruhm der einst'gen Gnade.“ εὔφρων αἶνος similiter dictum ac δικαίοις λόγοις v. 168, et δίκαια κράτη v. 437.

536 ἔφαπτορ 'Ιοῦς.
δίας τοι γένος εὔχομεθ' εἶναι.

δι' ἅς, quod Porson proposuit, aptissime se habet nec ulla omnino mutatio est, ut non intellegam, qui prae eo alia quibusdam (Butlero, Weckleinio) placuerint.

544. διχῆ δ'ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει. Haec obscurius dicta nec a Droyseno: „sie gab der Schickung gemäß zweimal zum jenseitigen Strand flüchtend(!) den Fluttoren des Meeres Namen“ nec a Krusio: „das jenseitige Land teilt sie dem Schicksal gemäß“ γᾶν διατέμνουσα conjungente, quasi unquam fuisset, ut Asia et Europa circa illa loca inter se continerentur, perspecta, dum recte construas in hunc modum: Jo fretum, fluctibus alte exsurgens, ex fato traiciens terram exadversus sitam (singularis reciprocam habet vim) — Europam quidem et Asiam — utrimque definit (γαῖαν ὁρίζει), probabilem sententiam efficiunt. Si enim fretum transnare

*) quae quidem Weckl. aliter ac ceteri argutiusque explicat: Oder ich irre sehr ab (täusche mich) in der Natur dieses Streites.

non ausa esset, litus utriusque terrae terminus mansisset. Nunc mare contiguum ingrediens cum utraque terra conjungit, utriusque terrae partem communem i. e. terminum efficit. Haec fere etiam Weckleinium voluisse sentio his verbis commode explicantem: Sie grenzte gegeneinander die gegenüberliegenden Länder ab, indem sie nach der Bestimmung des Schicksals den wogenden Sund durchschwamm, d. i. sie schwamm über den Bosporus, welcher die Grenze von Europa und Asien bildet, nisi quod poëtae verbis magis responderet: welchen sie dadurch zur Grenze machte.

549 sq. περᾷ δὲ Τεύθραντος ἄστυ Μυσῶν
Λύδιά τε γύαλα
καὶ δι' ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε διορνυμένα
τὰν ποταμοὺς ἀενάους
καὶ βαθύπλουτον χθόνα καὶ
τᾶς Ἀφροδίτης πολύπυρον αἶαν.

Verbum deest, quod ex superiore περᾷ frustra repetas. Lego:
καὶ δι' ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε διορνυμένα
πὰρ ποταμοὺς ἀενάους
τὰν βαθύπλουτον χθόν' ὁρᾷ,
τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν.

Ciliciae Pamphyliaeque montes, fluminum sequens cursus, pervolans terram ditissimam (profundis et inexhaustis divitiis praestantem), tritico copiosissimam, Veneris sacram adspectat. Qua re Krusii et Oberdickii dubitatio, quamnam terram βαθύπλουτον poëta diceret, nescire se fatentium tollitur. Est quidem eadem cum terra Veneris sacra. Hanc autem Phoeniciam sentiri scholiasta jam vidit.

v. 575 sq. Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου
— — — — — — — —
βίᾳ δ'ἀπημάντῳ σθένει.

Lacunam Hermann, quem plerique sequuntur, explevit, Ζεὺς in alterum versum rejecto, scribens:

δι' αἰῶνος κρέων ἀπαύστου
πράκτωρ τοῦδ' ἐφάνη Ζεύς,
δύᾳ δ'ἀπημάντῳ σθένει . . . .
παύεται

Non placet; nam Ζεύς, quo nomine respondetur ad superiorem interrogationem τίς ἦν ὁ θέλξας; in quo summa vis et contentio est, primum locum tenere debet, nec apte animus interrogatione attentus diutius suspensus tenetur. Quamobrem lacunam sic expleo:

Ζεὺς ἀλγῶν ποτ' ἔλυσεν. Porro:
Διὸς δ'ἀπημάντῳ σθένει . . .
παύεται

αἰῶνος ἀπαύστου (κρέων: Juppiter rex aevi nullis finibus circumscripti) est genet. qualitatis, cujus usus, ut non frequens apud Graecos, ita hic illic a poëtis adhibetur. V. K. W. Krüger. II. § 47. 8. A. 2., etiam sine attributo ibid. 5. A. 2. Cf. Weckl. ad Prometh. 900 (δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πόνων).

v 590 τίν' ἂν θεῶν ἐνδικωτέροισιν
κεκλοίμαν εὐλόγως ἐπ' ἔργοις;
— ∪ ∪ πατὴρ φυτουργὸς αὐτόχειρ ἄναξ.

Simplicissime Schwerdt supplet: ἔστι δὲ, nisi quod, ut ad explicandum aptius, malim ἔστι γε.

599 πάρεστι· δ'ἔργον ὡς ἔπος
σπεῦσαί τι τῶν βούλιος φέρει φρήν.

βούλιος Aurati emendatio ab omnibus accepta pro δούλιος. Sed cetera etiam laborant, quia probabilem constructionem non admittunt. Nam quis ferat infinitivum illum finalem (Kruse: deinem Worte folgt die Tat und setzt in's Werk seines Herzens Ratschluß) in hunc modum: Factum adest, ut vox (emissa), ad propere aliquid eorum, quae mens deliberans fert, efficiendum? Sed Weckleinii emendatio suspectum vocabulum σπεῦσαι in στεῦται mutantis mihi minime arridet. Vult quidem hoc valere: zu erkennen gibt (als gewollt). Sed στεῦται vocabulum rei speciem veritati opponit significans: dicis causa et per simulationem vel etiam temere aliquid edere, promittere atque accedit ad nostrum: sich stellen, nec facile nisi cum infinitivo aut participio sive posito sive supplendo adhibetur. Ego θρεῦται tentavi. θρεῦμαι (θρέομαι) saepius apud Aeschylum (cf. supra 111) invenitur idemque est quod crepare (ab eadem radice qua θρόος), „ertönen lassen", ut sententia sit, ubi vox ejus crepat i. e. profert, declarat, aliquid eorum, quae mens volvit (molitur). Potest ἔπος etiam accusativus objecto τι appositus et Juppiter subjectum haberi, quod dubito an praeferam: ubi primum Juppiter verbum effingit, reddit, proprie: sonare facit, als Wort erschallen läßt. Nam etsi θρέομαι potissimum in luctu de commiseratione usurpatur lamentarique sonat, hoc non necessario fieri et etymologia et exemplis, velut Choeph. 970 τύχα εὐπρόςωπος φοιτᾷ ἰδεῖν θρευμένους „μέτοικοι πεσοῦνται πάλιν": hilari vultu fortuna adventat, ut cantantes nos sentiat: ruent denuo inquilini, probatur.

601. Si cum Hermanno interpungimus: θαρσεῖτε, παῖδες· εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων. nihil verba habent contorti: Confidite, filiae, bene se habent civium consilia; quanquam etiam, ut alii volunt, θαρσεῖτε τὰ τῶν ἐγχωρίων: securae este de consiliis civium construi potest. Sed insolentius quod sequitur mihi dictum videtur: δήμου δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα. δήμου genetivum, ut facilior evadat structura, possis in δήμῳ dativum mutare. Sed hoc non ita multum valet. Magis notabile figurae etymologicae hoc exemplum, quod ab aliis aliquantulum differt, non quod proprio verbo: ἐψήφισται aliud idem significans substitutum est, quae res est pervulgata, sed quia δέδοκται (idem quod ἔδοξεν), verbum impersonale, cum substantivo subjecti loco posito constructum est. Minus offenderem, si jam δόγματα ἔδοξεν vel tale quid legissem, quod non memini. Credas originalem verbi sententiam τοῦ δέχεσθαι (si quidem δοκέω idem valet quod ὑπολαμβάνω) non plane exstinctam, sed obscure animo loquentis inhaesisse.

Hermann, quem Weil sequitur, lacunam inter hos versus esse suspicatus est, ratione non addita.

623. δημηγόρους δ'ἤκουσεν εὐπειθεῖς στροφὰς
δῆμος Πελασγῶν.

εὐπειθεῖς Blomfield in εὐπιθεῖς mutavit. Mihi εὐπιθής rectius videtur, ut jam Bothe scripsit. Nam si εὐπιθεῖς scribitur, notio oboediendi in verbo ἀκούειν inest, quod genetivum postulare videtur.

v. 630—709. Illustre secundum stasimum, quod in Argivorum salute a deis expetenda versatur,*) post alios, (singulis quidem commentationibus H. Keck et Th. Bergk), qui de eo uberius disputaverunt, Wecklein in universum praeclare explicavit, subtiliter sententiarum ordinem persequens. Quem ut ipse referrem et percenserem haec potissimum fuit causa, quia aliter interdum de scripturae integritate judicari nequit. Prima stropha deorum gratia imploratur ad urbis salutem tuendam,**) inprimis incendia, ne intereat, ab ea propulsanda. Quod ejus summam in eo verti Wecklein

*) Confer cum eo Eumenidum (v. 916—987) commum simillimum in Athenarum laudem conditum.

**) hoc esse argumentum item Keck recte judicavit.

censet, ut belli periculum chorus ab Argivis deprecetur, hoc quidem mihi non probatur. Bellum enim video etiam secunda stropha attingi; μηδ' Ἀφροδίτας εὐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἄρης κέρσειεν ἄωτον; prima autem stropha Martem non per se et suo nomine memorari, sed quia incendiorum auctor esse soleat (μήποτε πυρίφατον τὰν Πελασγίαν πόλιν κτίσαι τὸν μάχλον Ἄρη). Ab urbe poëta ad populum progreditur atque secunda et stropha et antistropha ut populus numero augeatur expetit, stropha negativam, quam dicimus, rationem amplexus, ne aut fame aut domestico externove bello imminuatur precans, antistropha, recta procedens via, ut ad senectutem longinqua vita cives perveniant, ut uber proles eis oriatur, inprimis ut principum familiae subole propagentur orans. Hanc sententiam etiam tertia stropha, ad negativam regressus viam, persequitur, morbos perniciales deprecans. Insequenti antistropha ad externa bona transit: frugum pecorisque ubertatem omniumque rerum copiam (τὸ πᾶν δ'ἐκ δαιμόνων λάβοιεν) exoptans; extrema stropha moralia bona, in quibus concordia omnisque salus consistat, ut hospites, dei, parentes pie colantur petit.

His praepositis jam ad singula venire licet.

v. 659 Schützio auctore pro λοιμός Weckl. recte λιμός scripsit. Nam de pestilentia ceterisque morbis postea, tertia quidem stropha, agitur nec admittendum bis poëtam idem dixisse. Fames autem in gravissimis causis numeri imminuendi fuit, non quod multis ea mors inferretur, id quod cogitari non potest, sed quia ex terra demigrandi aliaque loca petendi multis causam attulit. Quae cum tantum apud veteres ad terras exhauriendas, ad res sedesque mutandas valuerit, quis eam praetermisisse poëtam sibi persuadeat?

669 καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι*) γεμόντων θυμέλαι φλεόντων. Sequuntur: τὼς πόλις εὖ νέμοιτο. γεραρός senex, sicut Agam. 722. Pro φλεόντων τὼς Burges φλεγόντων θ'ὡς, quod mihi magis placet quam προβούλοις loco verbi γεμόντων ab Hermanno insertum. Nam ita preces ad senatus tantum perpetuitatem vertuntur, cum ego (cf. supra summarium meum) omnino civibus diuturnitatem vitae implorari censeam. Nec obstat quod sequitur: ὡς πόλις εὖ νέμοιτο. Conf. Cicer. Cat. Maj. § 67: Pauci veniunt ad senectutem; quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur. Mens enim et ratio et consilium in senibus est; qui si nulli fuissent, nullae omnino civitates fuissent. Quod ad optativum νέμοιτο attinet, haud pauca inveniuntur exempla optativi post praesens positi, ut eventus incertus declaretur. Cf. Aristoph. Ran. 24 τοῦτον δ'ὀχῶ, ἵνα μὴ ἄχθος φέροι. Av. 1523 ἐπιστρατεύσειν φάσ' ἄνω τῷ Διΐ, εἰ μὴ παρέξει τ'ἀμπόρι' ἀνεῳγμένα, ἵν' εἰςάγοιτο. Ad utrumque locum v. Kock.; Vesp. 110 ἵν' ἔχοι δικάζειν, αἰγιαλὸν ἔνδον τρέφει. Plat. Apol. 22. A. δεῖ ὑμῖν τὴν ἐμὴν πλάνην ἐπιδεῖξαι, ἵνα μοι ἐλεγκτὸς ἡ μαντεία γένοιτο. Hipp. Min. 365. B. Rep. III. 403. B., 410. C. Xen. Cyr. I. 6. 34; III. I. 11.; Dem. Ol. III. 34. K. W. Krüger. 54. 8. A. 3.

674 Τίκτεσθαι δ'ἐφόρους male Erfurdt, sententiarum serie minime perspecta, in δὲ φόρους mutavit. V. summarium praepositum.

680 δαΐζων non dilacerans, dividens, sed, ut saepe, interimens. Cf. Ag. 207, inprimisque apud Homerum.

Acute Weckl. perspexit Ἄρη hic 682 (ἄχορον, ἀκίθαριν, δακρυογόνον Ἄρη ἐξοπλίζων) non bellipotentem illum Martem esse, sed perniciei cujuscunque auctorem, ut apud Sophoclem O. T. 190. Cf. Aj. 254; 706 (Schneidew. ad hos locos), Aeschyl. Ch. 161. Agnoscitur cohaerentia cum ἀρή (ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων) Il. XVI. 512. XVIII. 100 (ἀρῆς ἀλκτῆρα).

683 ἐξοπλίζων. Etsi facile Weckleinio assentior hoc vocabulum propter Martem adhibitum esse, tamen non plane expeditum est. Exspectes: „secum ducens", „comitatum", non „armans" aut, si in hanc partem accipias, „in arma cogens". Ceterum frequentatum est apud Aesch. hoc vocabulum (supra 97, infra 702).

*) de vocabulo cf. Todt. p. 35, qui tamen πρεσβυδόκοι scripsit.

686 De Apolline Lyceo bene Weckl. disputavit. Conf. etiam de eo Preller. Gr. Myth. I. p. 209.

707. Ad praeceptum deos, hospites, parentes pietate prosequendi cf. Eum. 270:

ὄψει δὲ κ'εἴ τις ἄλλος ἤλιτεν βροτῶν
ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν ἢ τοκέας φίλους
ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια.

et 545 πρὸς τάδε τις τοκέων σέβας εὖ προτίων
καὶ ξενοτίμους ἐπιστροφὰς δωμάτων
αἰδόμενός τις ἔστω.

Ad v. 706 δαφνηφόροισι βουθύτοισι τιμαῖς cf. Dettw. p. 12. „Ehrenbezeugungen, die im Tragen von Lorbeerkränzen und Opfern von Stieren bestehen.“

709 μεγιστοτίμου. De vocabulo cf. Todt. p. 19.

716 πρῷρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδόν. V Tuch de figurata elocutione Aeschyli p. 15, Schulze de imaginibus Aechyli p. 13.

734—35 πάτερ, φοβοῦμαι, νῆες ὡς ὠκύπτεροι
ἥκουσι, μῆκος δ' οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνου.

Weckl. emendavit ἥξουσι. Sed nonne recta evadat sententia haec: Pater, paveo, quoniam celeriter advenerunt naves nullo interjecto spatio? Nam pro celeritate adventus timere eas consentaneum erat, ne non minus celeriter appellerent seque raperent. Hoc idem, quod videam, Weil vult.

755 οὐ μὴ τριαίνας τάςδε καὶ θεῶν σέβη
δείσαντες ἡμῶν χεῖρ' ἀπόσχωνται, πάτερ.

Nauck στέφη pro σέβη conjecit, quod Weckl. recepit, Conington, Petri: ἕδη. Ego mallem βρέτη. Cf. 430 ἀπὸ βρετέων βίᾳ δίκας ἀγομέναν; 463 νέοις πίναξι βρέτεα κοσμῆσαι τάδε. Sed haesito an σέβη retinendum sit. Possit enim σέβη θεῶν dictum esse pro σεμνοὶ θεοὶ atque hi imagines intellegi. Cf. Ch. 400 κλῦτε δὲ Γᾶ χθονίων τε τιμαί et quae de abstractis ad ἔφαψιν versu 46 (sed vide v. 18) dixi.

v. 763. Chor. ὡς καὶ ματαίων ἀνοσίων τε κνωδάλων
ἔχοντες ὀργὰς χρὴ φυλάσσεσθαι κράτος.

Weckl. ἀνακόλουθον esse orationem existimat, cum τάχα ἂν κρατήσειαν poëta in animo habuerit. Non video qua re hic, cum nihil sit quod loquentem conturbet, ἀνακόλουθον excusetur. Plerique cum Turnebo ἔχοντας scribunt, quod accusativi absoluti loco positum Wk. intellegit. Ego non hunc accusativum, sed simplicem objecti statuo a φυλάσσεσθαι pendentem, ita ut pronomini αὐτούς, quod supplendum, post κράτος substituatur, vim ac potentiam eorum, secundum figuram καθ' ὅλον κ. κ. μέρος. Qua re cum facile orationis asperitas vitetur, mihi haec emendatio acceptissima est.

v. 776 ἔνδικον σέβας. De abstracti pro concreto usu cf. quae supra v. 755 et copiosius ad ἔφαψιν v. 46, sed nota ad v. 18 inclusa, disputavi.

v. 781 τὸ πᾶν δ' ἄφαντος ἀμπετὴς αἰόλος (sic Weckl. pro corrupto ἀμπετήσαις δόσως)
κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀροίμαν (libri manuscripti ὀλοίμαν).

De imagine conf. Schulze (Halberstadt 1854) p. 5 et Rappold (Klagenfurt 1878) III. T. p. 42. Sententia universa est perspicua, singula verba dubia. Ne constat mihi quidem, num ὀροίμαν, a Dindorfio propositum, etsi arridet, necessario sit scribendum. Nam τὸ πᾶν strictius cum ὀλοίμαν quam cum ὀροίμαν conjungi videtur: evolans tanquam mobilis pulvis, e conspectu ablatus, funditus inteream sive ad nihilum redigar. Contra illud: tanquam pulvis evolans eo usque efferar, ut plane ex conspectu abeam.

v. 785. Ad κελαινόχρως καρδία cf. praeter ea, quae Weckl. attulit, etiam Choeph. 414 σπλάγχνα δέ μου κελαινοῦται et Schulze p. 12, de formatione vocabuli Todt. p. 20.

v. 793 πόθεν δέ μοι γένοιτ' ἂν αἰθέρος θρόνος,
πρὸς ὃν νέφη δ'ὑδρηλὰ γίγνεται χιών;

Leni mutatione aut in νεφῶν ὑδρηλά, ut Enger, Schwerdt, Kruse scribunt, aut in κύφελλ' ὑδρηλά, ut Dind. proposuit, tolerabilis, si non optima, sententia effici potest: Unde mihi eveniat aetheris sedes, quo nebulae aquosae in nivem concretae perveniunt sive: quo cum nebulae venerunt, in nivem concrescunt? Nam pervenire γίγνεσθαι saepe valere quis nescit? Ex Krusii poëtica translatione:

Wo bietet hoch in Himmelshöh' ein Thron sich mir,
An dem der Wolke feuchter Tau zu Schnee gerinnt,

parum intellegas, num grammaticam rationem recte perspexerit. Nam verbis eam non expressit neque in adnotationibus quicquam attulit. Weil autem ut mendum constructionis, si γίγνεσθαι, quod solet, „fieri" significaret, tolleret ἀμφ' ὃν pro πρὸς ὃν arbitrarie scripsit. Weckleinii scriptura:

πρὸς ὃν κύφελλ' ὑδρηλὰ πήγνυται χιών,

ex Dindorfii et Burgesii mutationibus conflata, evidentia caret.

795 ἀπρόςδεικτος (πέτρα) Weckl. bene: „weil dessen Gipfel in die Wolken reichen"; perperam Todt p. 28: rupes tantae altitudinis, ut cacumen digitis monstrari nequeat.

De οἰόφρων cf. Tuch p. 17, Todt p. 21. Eundem v. ad κρεμάς, γυπιάς p. 11.

806 τίν' ἀμφ' αὑτᾶς ἔτι πόρον
τέμνω γάμου λυτῆρα;

Lectionem ἀμφ' αὑτᾶς jam vetus glossa probavit: περὶ ἐμαυτῆς interpretando. Omnia hujus usus vel abusus*) apud Aeschylum exempla Ullmann (Proprietates sermonis Aeschylei, Donaueschingen 1890, pars II p. 14) contulit eisque adjecit cetera ex fabulis scaenicis petita. Eadem invenias apud Dyroff. (Geschichte des Pronom. reflex. Würzburg 1892), qui universas Graecorum litteras in hanc partem complexus etiam solutae orationis auctores perlustravit. Jn ipso igitur genere dicendi diu notissimo (cf. etiam K. W. Krüger I. 51. 2. A. 15) nemo editorum offendisse potest. Sed numerorum ratio (trochaicus est versus) obstat, qua ducti alii alia, plerique ἀμφυγάν (Bamberg. Herm., Paley, Kruse, Weil) scripserunt. Quos sequitur Weckl.: „ἢ τίν' ἀμφυγᾶς πόρον". Ad sententiam bene. In qua, cum verba pro certo constitui non possint, acquiescendum. Olim quidem glossae testimonio et auctoritate**) motus, ut numerus conveniret, ἀμφ'ἑαυτᾶς substitueram, versum respondentem 797 paulum mutatum legens: πρὶν ἢ δαΐκτορος βίᾳ, sed a Dyroffio (cf. etiam Rappold p. 43, Ellendt lexic. Soph. ad αὐτοῦ) doctus ante Menandrum et Philemonem hanc longiorem formam abusive pro prima et secunda positam a poësi abesse (nam in soluta oratione, velut apud Platonem, Xenoph., alios, non rara), hoc periculo destiti, praesertim cum etiam sententia languida videretur.

v. 808 ἴυζευ δ'ὀμφὰν οὐράνια
μέλη λίτανα θεοῖσι καὶ
τέλεα δέ μοι πῶς πελόμενά μοι
λύσιμα μάχιμα δ'ἔπιδε, πάτερ

aperte corrupta. His confer verba antistrophae:

γένος γὰρ Αἰγύπτιον ὕβριν
δύσφορον ἀρσενογενές,
μετά με δρόμοισι διόμενοι
φυγάδα μάταισι πολυθρόοις.

*) quem Rappold negat omnibus locis αὑτ. cum spiritu leni scribens (Das Reflexivpronomen bei Aeschylus etc., Klagenfurt 1873, p. 41 sq.).

**) qua eadem inductus Oberdick ἀμφί μου conjecerat, debebat ἀμφ'ἐμοῦ. Cf. supra ad v. 116.

Sentio equidem οὐράνιος attributum melius ad ὀμφάν quam ad μέλη accommodari, per se et quia μέλη jam λιτανά attrib. habet, deinde μοι πῶς vitio laborare, quorum verborum explicatio nulla satisfacit (Wk. „Bitten, die aber in Erfüllung gehen erlösend von Kämpfen — wie?“). Quamobrem M. Schmidtii emendationem eorum, μόγων scribentis, libenter accepi totumque locum in hanc formam redegi:

ἴυζε δ'ὀμφὰν οὐρανίαν,
μέλη λιτανὰ θεοῖς ἵει
τέλεα, μόγων πελόμενά μοι
λύσιμα.

τέλεα ‚zum Ziele dringend‘ Kruse. Potest etiam accipi per anticipationem: Erfüllung bringende, wirksame, quod insequentibus uberius declaratur. In correpta ι syllaba verbi ἵημι ne offendas, si quidem haec non solum apud Homerum usitata, sed etiam apud tragicos poëtas saepius invenitur (Aesch. Sept. 493 Τυφῶν' ἱέντα πυρπνόον διὰ στόμα, v. Dind. lex.). Antistrophae primum versum partim cum Hermanno scribo: γένος γὰρ Αἰγύπτειον ὕβριν, alterum, hoc exemplo in codice scriptum: δύσφορον ἀρσενογενές, vocabulum excidisse putans:

δύσφορον ὀλοὸν ἀρσενογενές (dimeter iambicus).

Ne insequentia quidem sana videntur: μετά με δρόμοισι διόμενοι φυγάδα μάταισι πολυθρόοις. Nam quid μάταισι πολυθρόοις sibi vult? μάταισι a scholiasta: ζητήσεσι redditum. Fortasse recte. Sed adjectivum ad hoc non quadrat. Suspicor πολυγόοις: multum deploratis vel deplorandis. Cf. de formatione Todt. p. 25. An hoc idem valere potest πολυθρόοις? Sane θρέομαι (θρεῦμαι), crepare significans, saepissime in hanc lamentandi vim abit. Nisi scholii auctoritas obstaret, etiam μάταισι mutarem scribens: μετά με δρόμοισι διόμενοι φυγάδα μάταιοι (insolentes) πολυγόοις sive eadem significatione πολυθρόοις.

Quae tertium hoc stasimum proxime sequuntur desperate corrupta sunt. Haec codice praebentur:

ό ό ό ά ά ά
ὅδε μάρπτις
νάϊος
γάϊος
τῶν πρόμαρπτι κάμνοις.
ἰόφ
ὄμ
αὖθι κάκκας
νυ
δυΐαν βοᾶν ἀμφαίνω
ὁρῶ τάδε φροίμια πράξαν πόνων
βιαίων ἐμῶν
ἠὲ, ἠέ.
βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν·
βλοσυρόφρονα χλιδᾷ
δύσφορα ναΐ κ' ἀν γᾷ.
γᾶι ἄναξ, προτάσσου.

Olim cum aliis strophice haec digerenda ratus ex aliorum meisque conjecturis confusa sic scripsi:

Stropha: ὄρα, ὄρα. dipodia iamb.
ὁ μάρπτις ὅδε νάϊος γάϊος. duo dochmii.
ἠέ, ἠέ. dip. troch.
τῶν πρὸ σύ, μάρπτι, κάμνοις. sive dochmius hypercatal., cf. G. Herm. elem. metr. p. 254, sive primus pherecrateus.

ἰώ. ὄμμ' αὖθι βλέπει | κάββασιν οὐλίων. | duo dochmii, praemisso iambo vel spondeo.
δάϊον βόαμα φαίνω. dimeter troch.

Antistr. ὁρῶ, ὁρῶ
τὰ φροίμια πόνων βιαίων ἐμῶν.
ἠέ, ἠέ.
βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν.
ἰώ. βλοσυρόφρονα χλιδᾷ | δύσφορα τάδ' ἐνὶ γᾷ.
δαΐας, ἄναξ, προτάσσου.

Sententia satis clara:
Adspice, adspice.
Raptor iste ex nave in terram descendit.
Heu, heu.
Priusquam illa (eveniant, ut me captivam abducas, cf. schol.), pereas (proprie: labores).

Oh. Oculi mei illic perditorum escensionem vident.
Flebilem clamorem edo.
Adspicio, adspicio
(primitias) initia laborum per vim mihi imponendorum (imminentium).
heu, heu.
Confuge ad arae praesidium.

Oh. Feroces animi istorum exuberant (se efferunt) jam non ferendi, ecce, in terra.
Miserae mihi opem fer, domine.

Sed postquam Weckleinii de canticorum apud Aeschylum technologia et chorica pronuntiatione (Technik und Vortrag der Chorgesänge des Aeschylus), annales phil. class. XIII, supplementum, Lipsiae 1884, p. 211—238, commentationem, doctrina et subtilitate insignem, cognovi, ab hac ratione non discedere non potui. Docet enim ille, quibus locis singuli choreutae loquantur, eos responsione strophica carere. Itaque aliam discriptionem commentatus sum, hanc quidem:

ὀ ὀ ὀ nautae
ἀ ἀ ἀ virgines

Porro solae virgines:

1. ὁ μάρπτις ὅδε νάϊος γάϊος.
2. τῶν πρὸ μάρπτι κάμνοις.
3. ἰώ, ἰώ.
4. οἴμοι, οἴμοι.
5. αὖθις κάββασις οὐλίων.
6. δαΐαν βοὰν ἀμφαίνω.
7. ὁρῶ τάδε φροίμια πόνων βιαίων ἐμῶν.
8. ἠέ, ἠέ.
9. βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν
10. βλοσυρόφρονα χλιδᾷ. (Insolentia tumescit)
11. δύσφορα τᾶν τε ναΐ τάδε κἂν γαίᾳ (Intoleranda et quae in navi, ecce, parantur et quae in terra fiunt).
12. ἄναξ προτάσσου.

Primus versus duo dochmii. 2. tripodia trochaica. 3. et 4. spondei. 5. glyconeus. 6. creticus cum dochmio (Herm. El. Metr. p. 267), sive hexapodia trochaica cum quattuor syncopis. 7. dochmius iambo auctus (Herm. E. M. p. 255) et dochmius. 8. dip. troch. 9. primus pherecrateus. 10. dochmius. 11. duo dochmii. 12. dip. troch. cum anacrusi.

Ceterum confirmatur hac distributione Aeschylea numeri lex ultra duodecim choreutas nunquam excedentis. Cf. Weckl. l. l. p. 217.

836 σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν.
οὐκοῦν οὐκοῦν τιλμοὶ τιλμοὶ καὶ στιγμοί.

Weckl. οὐκοῦν sq. in ὀκνεῖν τιλμόν mutavit. Non probo. Nam cum virgines cunctentur imperio obtemperare, aptissime praeco, impatiens et indigne ferens, quid ex hac contumacia eventurum, quid mali sibi pariturae sint monet.

Summae difficultates nec omnino cum evidentia levandae post 848 exsistunt, quia etiam personarum distinctio in dubium venit.

Verba 858 sq. ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος
βαθρείας βαθρείας γέρον,

quae verbis 849 sq. κελεύω βία μεθέσθαι ἴχαρ φρενί τ' ἄταν, recte a Weckleinio choro tributis, respondent, in hunc modum scribo:

ἄγειος ἔχω βαθυχαῖος
βρετέων,*) γέρον, ἕδρας.

Relinquitur tamen numerorum discrepantia in secundo pede primi versus, cum longae ω strophici versus brevis syllaba ος respondeat, quam dissimilitudinem primo strophae vocabulo κελεύω mutando tollendam censui, cum illud explicandi causa alii vocabulo substitutum esse posset. Lego igitur:

Str. ἔοικε βίας σε μεθέσθαι
ἴχαρ,**) φρενὸς ἄταν. (haec extrema secundum Weckl.)

(Poterat etiam scribi:

δοκεῖ σε βίαια μεθέσθαι,
ἴχαρ φρενὸς αἰσχρόν.)

Ant. ἄγειος ἔχω βαθυχαῖος
βρετέων, γέρον, ἕδρας.

Vocabulum ἄγειος, quod plerique corruptum putarunt, bene se habet. Est enim idem quod extorris (ex terris), exsul (ex solo). „Extorris teneo simulacrorum sedes sive arae gradus, quamvis antiqua nobilitate."

Olim κελεύω in stropha, βαθρείας in antistropha (quod Todt, p. 11, idem statuit ac βάθρον, gradus) retinens tentaveram:

Str. κελεύω βίας σε μεθέσθαι
ἴχαρ φρενί τ' ἄταν.

Ant. ἀχρεῖος, γέρον, βαθυχαῖος
ἔχω γε βαθρείας. (ἀχρεῖος idem quod ἄπορος: quid me faciam nesciens, inops, teneo quidem arae gradus.)

848. Verba αἴμονες ὡς ἐπάμιδα
ἠσυδουπιατάπιτα,

quibus respondent (861) σὺ δ'ἐν ναῒ να-
ῒ βάσῃ τάχα
θέλεος ἀθέλεος, tres dochmii,

---

*) Aesch. in hoc vocabulo Jonicam flexionem secutus videtur esse, v. Ullmann. pars I. p. 28, quod tamen non ita constat, ut βρετῶν scribi nequeat.

**) De ἴχαρ vocabulo v. Todt., de Aeschylo vocabulorum inventore, Halle 1855 p. 3.

desperata nec probabiliter adhuc emendata sunt. Ego quidem tentavi:

δίαιμόν σ' ἵζω
ἐπ' ἄμαλ'*) ἤ σ'ἐκου-
σίαν ἀπιτέα.

Haec sibi volunt: Cruentam te colloco in navi, aut tua sponte tibi abeundum i. e. nisi sponte abibis (ab ara).**)

864. Pro βίᾳ βίᾳ τε πολλᾷ φροῦδα
βάτεαι βαθυμιτροκακὰ παθῶν
ὀλόμεναι παλάμαις

non male Weckl.

βίᾳ βίᾳ φροῦδα βατέα βαθμίδων
ἀπάλαμα πρόκακα πρὶν παθεῖν.

Ego olim in altero tentaveram: παθεῖν πρὶν οὔλια παλάμαις.

873 ἴυζε καὶ λάκαζε. De λακάζω v. Todt. p. 48.

875 ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων οἰζύος ὄνομ' ἔχων.

Scribo: ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀηδόνος,

ut trimeter exsistat. Quae in libris accedunt: οἰζύος ὄνομ' ἔχων nihil sunt nisi glossa corrupta ad insequentia οἰοῖ, οἰοῖ, quibus nescio quis doctrinam prae se ferens adjecerat: οἰζύος ὄνομα ἔνθεν.

877. οἰοῖ, οἰοῖ
λυμασισ ὑπρογασυλάσκοι

Lege aut: οἰοῖ, οἰοῖ λύμας· ὥς ὑπὸ γᾶς ὑλάσκοις.***) „Vae contumeliae mihi illatae. Sic sub terra gannias". Optat quidem, ut quomodo nunc per insolentiam, sic dolore ex cruciatibus suscepto in inferorum sede ganniat (Si ὡς scribatur, „utinam gannias" sonet). Sed melius fortasse, etsi a tradita scriptura remotius:

οἰοῖ, οἰοῖ,
λύμας σᾶς πρό με γᾶ κατάσχοι.

Priusquam contumeliam tuam (a te) perpetiar, terra me hauriat.

915 καὶ πόλλ' ἁμαρτὼν οὐδὲν ὤρθωσας φρενί.

Weckl. haec verba non explicavit. Attamen in tautologiam evadere videntur, si vertimus: Cum multa peccaveris, nihil recte fecisti. Et quo φρενί referendum? Ad utrumque membrum, ut ante ἁμαρτὼν locum habeat (sed non mente solum peccaverat), an ad ὤρθωσας et qua sententia? Necesse est ὀρθοῦν plus quam contrarium τῷ ἁμαρτάνειν esse. Potest esse, quod vulgo ἐπανορθοῦν, sanare, sarcire „wieder gut machen". Sed nec causa corrigendi nec intervallum inter injurias praeconis et regis adventum fuerat, ut huic verbo locus sit. Potest esse, quod in pedestri oratione κατορθοῦν, quod recte sive prospero eventu rem gerere significat. Hoc quidem gravem et perspicuam sententiam praebeat: Cum multa violenter praveque feceris, tamen nihil calliditate tua effecisti, consecutus es. Sic Droysen vertit: Trotz aller Frechheit richtet doch nichts aus dein Witz. Sed ne hoc quidem mihi probatur. Nam indignissime ferens ipsam injuriam praeconis, in qua ipso praesente perseverabat, non apte rex eum irridere poterat propter vanitatem ejus conatus, velut, si quid profecisset, hoc laudi ei habendum esset. Ego potius ὤρθωσας in ὀρθώσεις mutandum censeo. Rex graviter ferens,

*) De ἄμαλα v. Todt. p. 3.

**) Olim tentaveram: αἵμον' ἐφ' ἄμαλα δή σ' | ἥσω δουπίαν. | ἀπιτέα σ', ἀπιτέα: cruentam in navem te coniciam cum strepitu: abeundum tibi, abeundum.

***) Miror quod hoc verbum Todtium in eis, quae p. 48 contulit, praeteriit.

quod tanta insolentia grassatus est, quaerit cum admiratione, nonne ipsius, regis, verecundia permotus ne nunc quidem ad meliorem frugem rediturus nec sana mente recepta (φρενί) correcturus sit, quae male fecerat.

940 ταύτας δ'ἑκούσας μὲν κατ' εὔνοιαν φρενῶν
ἄγοις ἄν, εἴπερ εὐσεβὴς πίθοι λόγος.

Kruse: Die Mädchen magst du nehmen, wenn dein freundlich Wort
Sie dir gewinnt und eigner Wunsch des Herzens treibt.

Parum accurate. Melius Droysen:

Mit ihres Herzens Wunsch und Willen magst du die
heimführen, falls dein ehrerbietig Wort es kann.

Sed ne hic quidem rem acu tetigit. Nam εὐσεβής non ad puellas pertinet, sed ad deos, ut recte Weckl. vidit: εὐσεβής kann sich nur auf die Forderung beziehen, daß die Heiligkeit des Götteraltars nicht verletzt werde, wie es der Herold vorher getan hat. Stadtmüller conjecit εὐμενής, quod Krusii translationi responderet.

942 τοιάδε δημόπρακτος ἐκ πόλεως μία
ψῆφος κέκρανται, μήποτ' ἐκδοῦναι βίᾳ
στόλον γυναικῶν.

δημόπρακτος: Dind. „a populo factus". Weckl. „ein von der Gemeinde gefaßter Beschluß". Sed dubito, cum nec ψῆφον nec ψήφισμα πράττειν dicatur. Ego πράσσειν aut agere (verhandeln) aut impetrare, obtinere intellego. Decretum in populo agitatum vel a populo impetratum. Haec sententia melius etiam procedit, si Todtii speciosae conjecturae ἐκ γνώμης μιᾶς scribentis accedimus.

950 Cod. M. ἴσθι μὲν τάδ' ἤδη πόλεμον ἐρισθε (corr. ἐρεισθε) νέον, quae a Cobeto in ἔοιγμεν ἤδη πόλεμον ἀρεῖσθαι νέον mutata Wckl. recepit. Propius ad codicis lectionem accedunt: εἴ 'στιν τάδ', ἦ δεῖ — αἴρεσθαι, in quae ipse conjectura incideram, postea ab Anonymo (v. Weckl. ed. crit.) partim praecepta vidi. τάδε referendum ad (v. 943) ψῆφος κέκρανται μήποτ' ἐκδοῦναι βίᾳ.

958 δεδωμάτωμαι οὐδ' ἐγὼ σμικρᾷ χερί aut non parvo sumptu, proprie parca manu, ut Weckl., Sophoclis ἀφνεωτέραις χερσὶ laudans, aut non exiguo numero, gregi. Nam χείρ, ut manus, saepius de caterva usurpatum. δεδωμάτωμαι: habitaculis instructus sum. De multis conclavibus unius regiae intellego, in qua multorum satellitum habitationi consultum erat. Quod attinet ad δώματα δήμια, v. 957, praeter ea, quae Weckl. affert, etiam de λέσχαι cogitari potest. Exemplum quidem hospitii publice instituti habemus apud Thucydidem, III. 68 memorantem, post Plataeas deletas Lacedaemonios ex ruderibus dirutae urbis prope Junonis templum publicum deversorium aedificasse: καταγώγιον κύκλῳ οἰκήματα ἔχον κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ᾠκοδόμησαν κλίνας κατασκευάσαντες cett.

961 πάρεστιν οἰκεῖν καὶ μονορρύθμους δόμους. Difficillimi vocabuli μονόρρυθμος apud nullum editorem explicationem repperi, solum apud Todtium in commentatione de Aeschylo vocabulorum inventore p. 19 dicentem: unum habentes ordinem i. e. dominum. Posterius non probo, at recte ordinem. Nam ῥυθμός est temporum ordo. Hic voc. ad hominum ordinem translatum. Talis quidem regia non erat, in qua vario generi hominum, famulis, satellitibus, aliis domicilia parata erant. Etiam ad structuram vocabulum haud scio an accommodari possit; nam illa aedificia, multis variisque comparata, similia fuisse cogito Priami regiae, Il. VI. 242 sq. descriptae, quae tribus habitatorum ordinibus, regi conjugique, filiis, filiabus destinata, ipsius regis domum, quinquaginta conclavia filiorum, duodecim filiarum complectebatur, quae quidem conclavia laterum vel alarum modo principali domo, in medio sitae, adjuncta fuisse videntur, cum simplicis domus cubicula unam lineam regionemque sequerentur. Possis,

si quidem majoribus illis trimembribus aedificiis opposita est, eingliedrig, einreihig germanice eam reddere.

971. ὅπου τόπος εὔφρων. Weckl. allata Schützii interpretatione: habitatio a qua procul absit invidia „wo wir wohnen müssen, wenn wir wohlwollend beurteilt werden wollen". Haec ad eam rationem redeunt, quam supra ad v. 1 et 168 (cf. 437) Dettweilero auctore exposui, secundum quam adjectivum compositum in genetivi abstracti nominis locum succedit. Mihi quidem hic activa adjectivi vis simplicior propiorque videtur esse, ut τόπος εὔφρων intellegatur locus animum oblectans, exhilarans, quod idem cum animo acceptus, gefällig, willkommen.

975 ξύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ βάξει λαῶν ἐν χώρῳ τάσσεσθε. Illud ξύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ βάξει quemadmodum intellexerit, Wk. non aperuit. Droysen et Kruse, ille „Mit der Feier des Ruhms und dem Gruß des Gesangs für des Volkes Heil", hic: „mit der Feier des Lieds und gewinnendem Wort, an der Heimat Bürger gerichtet" verterunt. Huic rationi obstare puto, quod ad gratias Argivis agendas honoribusque eos prosequendos Danaus demum filias adhortatur (ὦ παῖδες, 'Αργείοισιν εὔχεσθαι χρεών et quae seq.), ut non apte ipsae hoc consilio praecepto ancillas excitare videantur. Quam ob causam passivam hic rationem sequor: cum bona fama et sine invidia civium. Cavere jubentur, ne in infamiam et iram civium neglecta muliebri verecundia incurrant. Similia pater supra ipsas filias (v. 194 sq. αἰδοῖα—ἔπη ἀμείβεσθαι πρέπει, potissimumque 197 φθογγῇ δ'ἑπέστω πρῶτα μὲν τὸ μὴ θρασύ, et 203 θρασυστομεῖν γὰρ οὐ πρέπει τοὺς ἥσσονας) admonuerat et postea, 994 sq., repetit. Ac nescio fallarne arbitrans, si illud poëta voluisset, eum potius πρὸς εὔκλειαν καὶ ἀμήνιτον βάξιν quam ξὺν εὐκλείᾳ dicturum fuisse.

989 τοιῶνδε τυγχάνοντας εὐπρυμνῆ φρενὸς
χάριν σέβεσθαι τιμιωτέραν ἐμοῦ.

Weckl. τοιῶνδε δεῖ τυχόντας sq. scripsit, quam scripturam cur non admittam, infra ad v. 1019 exponam.

v. 991 sq. καὶ ταῦτα μὲν γράφεσθε πρὸς γεγραμμένοις
ἀγνῶθ' ὅμιλον ὡς ἐλέγχεσθαι χρόνῳ.

Wk. mutavit in ἀγνὼς ὅμιλος ὡς ἐλέγχεται, ut mihi quidem videtur, sine idonea causa, si quidem hoc ἀνακόλουθον accusativi c. infin. post ὡς (vel ὅτι), confusione duarum constructionum ortum, frequentissime nec solum interjectis verbis, ut excusetur neglegentia, sed etiam continua structura admissum. Cf. Soph. O. C. 385 ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ' ὡς ἐμοῦ θεοὺς ὤραν τιν' ἕξειν, v. Schneidewin., ad Aeschyl. Eumen 798 revocantem: αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν, ὡς ταῦτ' 'Ορέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν. Ex Xenophonte exempla Büchsenschütz ad Hell. II. 2. 2 contulit. Cf. Krüger § 55. 4. A. 10.

997. ὥραν ἐχούσας τήνδ' ἐπιστρεπτὸν βροτοῖς.

Schol. τὴν ἐπιστρέφουσαν εἰς θέαν. Activam igitur adjectivi verbalis significationem statuit, quae etiam Choeph. 350 (ἐπιστρεπτὸν αἰῶ κτίσας πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον) invenimus, quae in universum raro, tamen hic illic occurrit. V. Buttmann. Ausführl. Sprachlehre § 102. A. 6, A. Matthiae § 220. 2. 2 a. E., K. W. Krüger § 41. 11. A. 26. Sed quomodo dativus construendus? Ex Weckleinii explicatione: „solche Jugendblüte, nach welcher sich die Menschen hinwenden, welche das Auge der Leute auf sich zieht" pro certo judicari non potest. Ego ad ἐχούσας eum refero, prope ad παρεχούσας sensu accedens: pulchritudinem talem habentes hominibus sive praebentes, ostendentes, ut oculos eorum in se convertant. — Sed fortasse in ipso adjectivo verbali sc. in terminatione vis inest, unde dativus pendere possit; valere enim statuas ἐπιτήδειον, proprie δυνατήν, ἐπιστρέφειν i. e. idoneam hominibus ad eos convertendos. Tertia sit ratio, quae tamen minime arridet, ut ἐπιστρέφεσθαι, medium, idque idem ac rationem habere, respicere significans, eo contineri putes. Tum dativus ille subjecti vel auctoris sit: pulchritudo

digna, quae ab hominibus respiciatur, attendatur, quasi ἐν λόγῳ ἐχομένην, ἀξιουμένην, θαυμαζομένην positum sit.

v. 999 τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς.
θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοὶ τιμὴν
καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ.

τιμὴν alii in τί μήν; alii in τί νιν mutaverunt. Weckl. autem Jacobum sequens etiam θῆρες vocabulo aliud, θεοί, substituit. Ego quidem non percipio, quid in θῆρες reprehendendum sit. An hoc quod τέρειν' ὀπώρα hic non veros fructus, sed florem virginalem significat, qui a bestiis violari nequit? Sed tum ne κνώδαλα quidem locum haberent. Est enim apertum haec non ad rem imagini subjectam, sed ipsam imaginem pertinere atque hanc esse sententiam: Ut fructus maturi ab omni genere animalium tentantur: a bestiis non minus quam ab hominibus, a volucribus non minus quam ab agrestibus, sic virginum flos omnium (sc. hominum) insidiis expositus est. Nam quod res eadem bis affertur: θῆρες et κνώδαλα, ne hoc quidem offensionis aliquid habere mihi videtur, si quidem primo loco in universum positi θῆρες hominibus, tum in partes divisi inter se opponuntur. Quod quo commodius fiat, καί ante κνώδαλα non atque intellego, sed alteri καί respondere (et — et) arbitror. Mire et paene ridicule Oberdick de eadem re per plus sex paginas exspatiatur et θῆρες Centauros esse vult, in eundem errorem cum aliis ipsoque Hermanno, θήραις pro θῆρες coniciente, incidens, ut τέρειν' ὀπώρα semper ad Veneris fructum referat: „Lebte doch Danaos in einer Zeit, wo dergleichen κνώδαλα die Töchter der Menschen zu beunruhigen pflegten!“

1006 πρὸς ταῦτα μὴ πάθωμεν, ὧν πολὺς πόνος,
πολὺς δὲ πόντος οὕνεκ' ἠρόθη δορί.

Ad brevitatem sermonis ὧν οὕνεκα — π. ἠρόθη q. e. „quorum (avertendorum) causa tantum maris peraratum est“ cf. praeter exemplum a Weckl. allatum Soph. Ant. 458 ζῇ ταῦτα κ'ουδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη (τὰ θεῶν ἄγραπτα νόμιμα). τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς οὐδενὸς φρόνημα δείσασ' ἐν θεοῖσι τὴν δίκην δώσειν, ubi ad τούτων: ὑπερβαινομένων supplendum.

v. 1012 μόνον φύλαξαι τάςδ' ἐπιστολὰς πατρός. Sic omnes editores scribunt. Sed cum φυλάττεσθαι cavere plerumque significet, ego φυλάξαι, infinitivum imperative positum, statui malim. Ceterum cui nihilo minus rarior ille medii usus arrideat potiorque videatur, ei exemplum ex Pindaro Ol. VII. 40 suppeditare possim: φυλάττεσθαι χρέος, officium tueri, v. Dissenum. Cf. 205.

1019 ἴτε μὰν ἀστυάνακτας μάκαρας θεοὺς γανάεντες*) Masculinum, in quo offendimus, Weckl. cum Weilio eo explicat, quod etiam viri in agmine sint, Danaus quidem et ejus satellites. Sed hos comprehendi posse non credo. Nam quomodo Danaides Argivos, per se Argivorum deos venerantes, hortari poterant, ut illis honorem haberent, quomodo eos participes facere desiderii, ut Diana a nuptiis cum patruelibus conjungendis se defendat (1033). Nec magis de patre cogitari posse puto, qui ipse eas hujus civitatis deos colere jusserat (980), qui cantus insequentis nullam partem habet nec — sive rei sive scaenicam rationem respicimus — habere poterat.**) Immo Kotthoffio (Quaestiones Aeschyleae pars prima p. 1—13, progr. Paderborn. 1885) accedo, multis exemplis collatis judicanti Aeschylum genus masculinum participiorum saepius cum nominibus femininis construxisse, ut participia in adjectivis communibus, quae eandem masculini et feminini terminationem habere possunt, referenda sint. Quod in duali vel apud pedestres auctores inveniri notum est, et cum ab aliis tum a Krügero § 58. 1. A. 3 est notatum, de aliis numeris A. Matthiae § 436. 2. docet. His expositis jam redeo ad

*) Hoc verbum: γανάημι, praeter Aeschylum a nullo usurpatum, nescio quo pacto Todt (cf. p. 48) omisit.

**) In eandem partem abit Kotthoff contra Weilium discens (p. 5): ut sint — Danaus et satellites — in agmine, non sunt in choro.

v. 989 τοιῶνδε τυγχάνοντας εὐπρυμνῇ (Weckl. εὐπρέμνῃν) φρενὸς χάριν σέβεσθαι τιμιωτέραν ἐμοῦ. Plerique de optativo infinitivo cogitaverunt, de quo v. A. Matthiae § 546 et K. W. Krüger I. § 55. 1. A. 4 und 5, sed quia subjectum secunda persona, vos, est, nominativum requiri arbitrati τυγχάνοντας in τυγχάνοντες mutaverunt. Weckl., ut generis vitium, cum ad Danaides participium sit referendum, fugeret, Linkii conjecturam accepit δεῖ τυχόντας emendantis. Volebat enim, opinor, τινάς subjectum cogitari. Sed ut haec ratio evaderet, omnino emendatione non opus erat. Quidni enim χρεών ex versu 980 suppleamus? Nam etiamsi paulo remotius, tamen talia haud raro inveniuntur. Ego vero, sive optativum sive a δεῖ (χρεών) pendentem infinitivum statuemus, generis masculini terminationem ad femininum accommodatam nullo modo nos fugere posse judico. τινάς enim propter ἐμοῦ sentiri non potest. Nam quomodo in universum Danaus praecipere poterat, ut magis quam se deos Argivos colerent? Solas puellas hoc monere poterat. Unde efficitur ὑμᾶς, et si optativum (imperativum) infinitivum statuimus, ὑμεῖς supplendum esse participiumque generis communis haberi. Plane sanam igitur codicis lectionem, circumscripto εὐπρυμνῇ, esse censeo, nec quicquam mutandum; sin autem esset, τυγχάνοντες, ut propius ad codicem accedens, praeferrem.*)

1034 στυγερῶν πέλοι τόδ' ἆθλον, ut Weckl. vult, „meinen Feinden wünsche ich solche Not“, mihi argutius dictum videtur. Simplicius, nec tamen, quippe cum ironia dictum (cf. supra ad v. 74), languidum: στυγερὸν τόδ' ἆθλον: invisum hoc praemium (pulchritudinis vel denique virtutum) — a Venere quidem tributum.

1035 Κύπριδος δ'οὐκ ἀμελεῖ θεσμὸς ὅδ' εὔφρων.

Weckl. „Gegen Kypris ist nicht unehrerbietig unsere verständige Weise.“
Malim: freundlich ergebene, huldigende.

1042 δέδοται δ' Ἁρμονίᾳ μοῖρ' Ἀφροδίτας
ψεδυραὶ τρίβοι τ' ἐρώτων.

Tota antistropha ad Veneris laudem praedicandam tendit, cujus laudis in partem vocantur ei dei, qui in comitatu ejus sunt, Πόθος et Πειθώ, denique Ἁρμονία· Πόθος et Πειθώ ex ea nati dicuntur, itaque intima necessitudine cum ea conjuncti, paulo longius distat Harmonia, quod ipsa verba indicant: δέδοται sq. Quaeritur, ubi Amor linquatur. Recta eorum videtur sententia, qui eum eundem cum Πόθῳ hic esse volunt. Non eum in extremo versu: ψεδυραὶ τρίβοι τ' ἐρώτων — quod si esset, nomen per majusculam scribendum esset — quaerendum esse, inde conicere licet, quia pluralis numerus est positus, plures autem esse Amores posterioribus demum temporibus exstitit opinio, v. Preller. Gr. Myth. I. p 398, deinde quod Veneris laus imminueretur, si in eundem cum ea gradum Amor efferretur, quod futurum esse apparet, si Harmonia eo nomine memoraretur, quia et cum Venere et cum Amore, sive Amoribus societate consuetudineque (τρίβοι usus, commercium) conjuncta esset. Hac ratione ducti plerique editores ἐρώτων per minusculam scripserunt. Sed quid pluralis sibi vult, si hoc vocabulum abstractam, quam dicunt, sententiam habet? Sentio eum referri posse ad numerum hominum, qui eo affecti sint, quando nisi inter duos amor exsistere non potest, aut ad varios ejus casus et eventa, ludosque amatorios significari. Cf. ad pluralem 489 τοῖς ἥσσοσιν γὰρ πᾶς τις εὐνοίας φέρει, 393 μή τί ποτ' οὖν γενοίμαν ὑποχείριος κράτεσιν ἀρσένων, 437 τάδε φράσαι δίκαια Διόθεν κράτη.

Jam quomodo commercia amorum Harmoniae dantur? Haec quidem fiunt aut habentur, non dantur. Dari potius occasionem Harmoniae dicendum erat, ad vim suam in illo amorum commercio, in rebus venereis, expromendam, ad modum quidem cupiditatibus adhibendum. Haec sententia efficitur, si cum Weckleinio genetivum

*) Alia exempla a Kotthoffio ex Supplicibus petita sunt: 204 πρὸς φρονοῦντας, 209 μὴ ἀπολωλότας, 271 ἔχων δ'ἄν, 902 εἰ μή τις εἶσιν αἰνέσας τάδε (τίς τῶν Ἱκετίδων). v. 271 plerique vel Victorii facili conjectura ἔχουσ' ἄν vel Heimsoethii ἔχουσα δ' utuntur, 902 oratio, quamvis Danaides spectentur, generalis est. De ceteris locis v. Wecklein.

loco nominativi ponimus, ψεδυρᾶς τρίβου scribentes, aut propter pluralem ἐρώτων melius fortasse ψεδυρᾶν τρίβων Teil „an dem flüsternden Kosen" der Liebe (der Liebenden), pars suavium ludorum amoris.

De Suada, Πειθώ (v. 1040), a poëta Veneri adjuncta cf. Horat. Carm. I. 30.

Fervidus tecum puer et solutis
Gratiae zonis, properentque Nymphae
Et parum comis sine te Juventas,
Mercuriusque.

1046 ταχυπόμποισι διωγμοῖς Todt p. 24: „persecutiones celeriter expeditae".

1055 βέλτατος singularis superlativi forma Aeschyli, de qua v. Todt. p. 14 et Weckl. ad hunc locum. Contra βέλτερος (1071) jam Homerica est forma.

Recte Weckl. v. 1019—1034 Danaïdibus, 1035—1051 ancillis tribuit. At in eis quae sequuntur, non illius, sed Krusii, Weilii, aliorum dispositionem sequor, praeterquam quod illi perperam duo hemichoria virginum invicem cantare putaverunt, cum virginum et ancillarum choros pateat alterum alterius cantum excipere. Hic igitur ordo:

1053 sq. Virg. ὁ μέγας Ζεὺς ἀπαλέξαι
γάμον Αἰγυπτογενῆ μοι.
τὸ μὲν ἂν βέλτατον εἴη.
Anc. σὺ δὲ θέλγοις ἂν ἄθελκτον.
Virg. σὺ δέ γ' οὐκ οἶσθα τὸ μέλλον.
Anc. Τί δὲ μέλλω φρένα δίαν
καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον;
μέτριον νῦν ἔπος εὔχου.
Virg. Τίνα καιρόν με διδάσκεις;
Anc. Τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.

Τὸ μὲν ἂν βέλτατον εἴη (1055) non responsio habenda. μέν ad cogitationem tectam referri potest: si non fiet, ipsa mihi consulam. Qua ratione, supra aperuerunt 465.

1060 μέτριον νῦν ἔπος εὔχου dicunt ancillae, quia immodicae eis videbantur virginum preces a deis expetentium, ut ipsi intercederent ad nuptias avertendas. ἔπος, ut saepe, rem verbo subjectam significat. Cf. Soph. O. T. 1144 πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱστορεῖς; Col. 629. Il. I. 543; similiter λόγος. Soph. El. 1364; Trach. 78, 250. Hom. Od. XVI. 168, v. Koch. Pro νῦν praeferrem μήν, quia non necesse videtur praesenti tempore hanc exhortationem definiri. Weckleinii mutatio αὔχει pro εὔχου scribentis contorta ejus interpretatione non commendatur.

v. 1065 δάϊον γάμον Weckl. matrimonium cum inimicis junctum intellegit; ego simpliciter: miserum.

Verba 1067 εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας (totus locus: Ζεὺς ὅσπερ Ἰὼ πημονᾶς ἐλύσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθὼν εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας) aperte sunt corrupta, sed difficile est rectam eis medicinam afferre. Hoc mihi persuasum, in κτίσας vitium non esse, cum hoc vocabulum odorem insigniter Aeschyleum habeat ab eoque frequentetur. Conf. in hac fabula: 171 βοὸς παῖδα τὸν αὐτός ποτ' ἔκτισεν γόνῳ, 140 τελευτὰς δ'ἐν χρόνῳ πατὴρ πρευμενεῖς κτίσειεν. Idem saepe cum duplici accusativo construit, ut supra 635 μήποτε πυρίφατον τὰν Πελασγίαν πόλιν κτίσαι, Choeph. 1060 ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει. Qua re in hanc incidi conjecturam: ἀρτεμῆ φύσιν κτίσας (sc. Ἰώ). Manu Jonem attrectans Juppiter aerumnis liberavit ad naturae integritatem revocans (integram natura reddens) Quod et ad humanae formae restitutionem et ad mentis sanitatem receptam referri potest. Conf. de re ad v. 18. Tamen cum a codicis lectione paulo longius distet, dubitabam an βία vocabulum retineri posset in βίαν mutatum. Jam reputanti eodem

contactu aliis locis Jo matrem factam dici haec succurrit conjectura: ἵνιν εὐγενῆ κτίσας. Aoristus tum non pro plusquamperfecto habendus sit, sed solum praeteritum idemque tempus cum verbo primariae enuntiationis ἐλύσατο exprimens, cujus usus exempla, praesertim apud poëtas, non rara sunt: Il. XVIII. 122 καί τινα Τρωϊάδων — ἀμφοτέρῃσιν χερσὶ — δάκρυ' ὀμορξαμένην ἀδινὸν στοναχῆσαι ἐφείην; ib. XXII. 463 ἔστη παπτήνασ' ἐπὶ τείχεϊ; Choeph. 395 πότ' ἂν Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι κάρανα δαΐξας; Eur. Hec. 178 καρύξασ', Theocr. XXII. 66 θενών, XXV. 202 παθόντες, atque etiam in prosa, Lys. IX. 22 περιπεσόντας, XVIII. 25 ἡγησαμένους, Herod. VI. 106 περιπεσοῦσαν etc. Cf. K. W. Krüger I. § 53. 6. A. 8. Sic duplex effectus manus adjectioni tribuatur. Probabilior haec emendatio videbitur, si statuemus ἶνιν neglegentia librarii intercidisse, tum falso loco post εὐγενῆ insertum, denique versus causa in βίᾳ, mutatum. εὐγενῆ de Jove nato ne languidum videatur, considerandum non ad illum ornandum, sed ad suae stirpis nobilitatem praedicandam a Danaïdibus esse additum. Ceterum possit εὐκλεῆ scribi aut etiam εὐμενῆ teneri.

Restat difficultas in κατασχεθών, quod ipsum plerique corruptum putarunt. Forma quidem, quae recta sit (cf. Buttmann. Ausf. Sprachl. § 112. 12 A. 15) scrupulum non inicit. Sed significatio obscura. Ego cum respicio ἔχω apud Homerum saepius idem quod regere esse, velut ἵππους, νῆας ἐ. (Il. III. 263 etc.), κατέχειν eadem vi usurpari potuisse arbitror, qua Homerus καταῤῥέζειν usus est Il. V. 424 τῶν τινα καῤῥέζουσα Ἀχαϊάδων εὐπέπλων — καταμύξατο χεῖρα ἀραιήν, quod permulcere significat, proprie quidem manum deorsum agere. Hoc si minus probetur, relinquitur, ut πημονάν sc. μανίαν suppleamus et idem quod παύσας intellegamus.

Reliquum est ut de dispositione extremae partis quaeramus. Priores v. 1063—1068 et 1069—1074 inter duo semichoria distribuerunt, quod post nobilem Weckleinii commentationem supra laudatam fieri nequit. Nam ea demonstratum praeter quasdam parodos, commos, stasima, quae in ephymnia exeant, semichoria non inveniri eosdemque, qui stropham, cantare antistropham. Ipse mixto virginum famularumque choro utramque partem tribuit. Hoc mihi prorsus excludi videtur principio antistrophae: καὶ κράτος νέμοι γυναιξίν, quod ab ancillarum sententia (cf. quae antecedunt) alienissimum. Immo ego censeo extremam partem, et stropham v. 1063—1068 Ζεὺς ἄναξ ἀποστεροίη usque ad βίᾳ κτίσας et antistropham 1069—1074 καὶ κράτος νέμοι ad μηχαναῖς θεοῦ πάρα, ab solo Danaïdum choro eoque toto cantari. Quae autem verba καὶ κράτος νέμοι γυναιξὶν excipiunt: τὸ βέλτερον κακοῦ καὶ τὸ δίμοιρον αἰνῶ, quae cum a Danaïdum animo tum ab eis, quae praecedunt, abhorrent, per interrogationem accipienda et parenthetice esse inserta judico, ut in hunc modum antistropha procedat: Atque victoriam det Juppiter feminis! — An quod inter bonum malumque medium est et utriusque partem trahit,*) laudem? — et causae justae jus reddi — cetera secundum Weckleinium.**) Quod si quaerimus, quid sit βέλτερον κακοῦ, sed victoriae cedens, cum victoria tantum intellegi possit Danaïdum in Argivorum civitatem receptio repulsis Aegyptiadis, est illud reditus in Aegyptum nuptiis cum patruelibus junctis, sed non sine patre in regnum, quo dejectus erat, restituto. Κακόν denique erat in servitutem ipsarum abductio patre regno spoliato ac nudo. Ceterum intellegitur hac ratione, quam in verbis τὸ βέλτερον sq. explicandis secutus sum, causam, qua ducti superiores stropham et antistropham diversis chori partibus tribuerunt, tolli et apte omnia inter se convenire.

---

*) Sic ego δίμοιρον interpretor. Aliter Weckl., qui cum scholiasta ex vulgari vocabuli sensu ‚quod duas partes mali, unam boni habet' intellegit.

**) qui primus hunc locum a plerisque conjecturis agitatum nihil mutans praeclare expedivit.

